κράτει νυκτερινῷ, ἕν τι τῶν ὑποζυγίων τὸν ἐπικείμενον παραπέρριψε φόρτον. συνέτυχε δὲ τὸν κεκτημένον εἰς τὸ πρόσω βαδίζειν. οἱ δὲ παρεπόμενοι καὶ ὁρῶντες τὸ νωτοφόρον ζῶον τὰ ἐπικείμενά πως αὐτῷ ἐπισυρόμενον ἀκοσμότερον εἰς τοὐπίσω τραπέσθαι τὸν δεσπότην ἐκέλευον, τό τε σκευοφόρον ζῶον ἐπανορθοῦσθαι τοῦ πλημμελήματος. τοῦτό τοι τῆς ἀταξίας γέγονεν C *αἴτιον καὶ τὴν εἰς τοὐπίσω παλίρροιαν αὐτοματίζεται· παρηχεῖται γὰρ τοῖς πολλοῖς ἡ φωνή, καὶ παράσημον ἦν τὸ λεγόμενον, καὶ φυγὴν ἐδόκει δηλοῦν ὡς οἷα τῶν πολεμίων ἐπιφανέντων ἀθρόον αὐτοῖς καὶ παρακλεψάντων τὴν δόκησιν. μεγίστου δὲ συμπεσόντος τῷ στρατεύματι θρύλλου, θροῦς παρ' αὐτῶν πολὺς ἐπανίσταται, παλινοστεῖν τε ἐβόα πᾶς γεγωνὼς διαπρύσιον, ἐπιχωρίῳ τε γλώττῃ εἰς τοὐπίσω τραπέσθαι ἄλλος ἄλλῳ προσέταττε, "ῥετόρνα" μετὰ μεγίστου ταράχου φθεγγόμενοι, οἷα νυκτομαχίας τινὸς ἐνδημούσης ἀδοκήτως αὐτοῖς. διασπᾶται γοῦν ἅπαν τὸ σύνταγμα ὥσπερ ἁρμονίας τινὸς τῶν ἐν τῇ λύρᾳ* D *νευρῶν. ἐντεῦθεν ὁ Χαγᾶνος τὸν δεύτερον τοῦτον καὶ μέγιστον διεδίδρασκε κίνδυνον, καὶ ᾗ ποδῶν εἶχε, καταλελοίπει τὰς συνήθεις διατριβὰς καὶ πρὸς ἕτερον μετῳκίζετο χῶρον, σωτηρίαν τε τῆς προτέρας παραδοξοτέραν ἠντύχησε. παραπλήσια δὲ καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔδρα, καὶ ἀμοιβαία τις ἦν ἡ φυγή, καὶ φόβος τις κίβδηλος τὸ Ῥωμαϊκὸν περιεστρόφει στρατόπεδον, καὶ νόθος αὐτοὺς ἐξετάραττε κίνδυνος. ὅμως ἀναιροῦνται τῶν Ἀβάρων οἱ πλείους συμπλοκῆς ἀδοκήτου συνενεχθείσης ἀμφοῖν τοῖς στρα-*

quod imposita impedimenta excussit. forte dominus bestiae praecedebat; quem qui sequebantur et animal onus indecore trahere videbant, ut reverteretur peccatumque corrigeret, acclamantes hortabantur. id quod confusionem ac tumultum creavit, et ut miles retro diffueret per se effecit, voces siquidem multitudo percipiebat, et quod dicebatur signum aliquod erat fugamque indicere videbatur, ac si hostes repente et opinione citius iam adessent. inde tumultus ac strepitus non mediocris exercitum pervadere, et nemo non voce altissima, ut procul etiam audiretur, revocandum esse gradum clamitare; et alius alium patria voce ad reditum impellere, *retorna retorna* tumultuosissime vociferando, ac si de improviso nocturna pugna illis ingruisset. totum igitur agmen in diversa distrahitur ac dirimitur, non secus quam in lyra harmonia concentusque fidium. hinc Chaganus alterum hoc et gravissimum discrimen quam potuit celerrime fugiens, vias tritas relinquebat, et aliam in regionem se transferens salutem mirabilius quam ante feliciter adeptus est. similiter et Romani se in pedes dabant, eratque videre fugam mutuam. ac Romanos quidem falsus timor percellebat periculumque minime verum territabat; cumque de eorum agmine quidam sese convertissent et in hostem

τεύμασιν· ἀντιστραφέντων γὰρ τινων τῆς Ῥωμαϊκῆς συμμορίας, εὐσθενέστατα τοῖς πολεμίοις προσέμιξαν.

Ἐπεὶ δὲ τῶν δισσῶν τούτων θορύβων ὁ Χαγᾶνος ἀνέπνευσε, τὴν ἐκ τῶν ἐφόδων σπιλάδα διακρουσάμενος, τὸ βαρ-
P 53 βαρικὸν συναθροίσας, ταῖς Ῥωμαϊκαῖς προσέβαλλε πόλεσι, τό
V 171 τε φρούριον τὴν Ἀππίρειαν ἐχειρώσατο. οὐ περιττὸν δέ μοι δοκεῖ καὶ τὸ ὅπως διεξελθεῖν καὶ μικρόν τινα λόγον ὥσπερ ἐμβόλι-
B μον τῇ συνεχείᾳ χαρίζεσθαι. (16) στρατιώτης τις ἦν, Βουσᾶς ὄνομα αὐτῷ, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐς παράταξιν καὶ τῶν ἐνηθληκότων ἄλλων ἀριστέων διὰ ψυχῆς ἀρετὴν ἐνδοξότερος, τούτων τε προκινδυνεύων ἀεί, ὁπότε που καὶ σάλπιγγος ἐνυάλιον φωνούσης ᾐσθάνετο. οὗτος κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ παρῴκει τὸ φρούριον. τοιγαροῦν ἔδοξε τῷ Βουσᾷ ἱππάζεσθαι ἐς τοὺς πέλας τοῦ φρουρίου λειμῶνας, εἶτα καὶ πορρωτέρω που παρεκτείνεσθαι ἅτε δὴ κυνηγετήσων πως εὐδοκιμώτερον. οὐκοῦν τὸν Βουσᾶν οἱ βάρβαροι συλλαμβάνουσι, καὶ γέγονεν ὁ κυνηγέτης εἰς θήρατρον.
C ἐπεὶ δὲ κατέσχον, ἠπείλουν αὐτοῦ καθικέσθαι τῷ δόρατι. ὁ δ᾽ ἐζήτει μὴ τοῦτο ποιεῖν, λύτροις δὲ μᾶλλον τὸ ζῆν ἐμπορεύεσθαι· μὴ γὰρ ὀνήσειν τοὺς βαρβάρους τὸ τεθνάναι τὸν Βουσᾶν καὶ δώρων ὑπερφρονῆσαι λαμπρῶν. εἰσεποιήσαντο τοίνυν οἱ βάρβαροι τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τὴν ἐμπορίαν οὐκ ἀπηνήναντο. καὶ οὖν ἄγουσι τὸν ἑαλωκότα ἐπὶ τὸ φρούριον, ἐπεκηρυκεύοντό τε τοὺς ἐν τῷ ὀχυρώματι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποσφάττειν τὸν Βουσᾶν, εἰ μὴ δώροις αὐτὸν καὶ φιλοφροσύνῃ τιμήσαιντο. ἠντι-

validissime intulissent, inexpectato illo congressu complures Abarum oppetierunt.

Ubi ex duplici hoc tumultu Chaganus respiravit, quo maculam ex hostium in se profectione contractam deleret, collecta barbarorum copia urbes Romanas invasit castellumque Apperiam subegit. quo id modo factum sit, haud intempestivum erit exponere, et brevem quendam sermonem historiae perpetuitati velut intercalarium inserere. (16) miles erat, cui nomen Busae, homo ad dimicandum aptus aliorumque vel fortissimorum bellatorum facile praestantissimus, quique primus semper caput periculo obiectaret, quoties Martium tubae clangorem audiret. is per id tempus in eo oppidulo habitabat. cui placuit campos vicinos obequitare, et aliquanto ultra insignioris venatus ergo provehi. hunc barbari excipiunt, et venator praeda fit, eumque se hasta confossuros minitantur. obtestatur eos Busa ne id faciant: quin potius accepto liberationis pretio, vitam sibi condonent: nec enim illis quaestui futurum, si splendida dona despicientes miserum morte affecerint. barbari promissum admittunt et negotiationem huiuscemodi non recusant. captum ad oppidum deducunt, per caduceatorem incolis denuntiant, nisi Busam

βόλει δὲ καὶ ὁ Βουσᾶς μὴ περιορᾶν Ῥωμαίους αὐτὸν ὥσπερ ἐν μεταιχμίῳ τινὶ τῇ πλάστιγγι σωτηρίας καὶ θανάτου ταλαντευόμενον. καὶ ζυγοστατεῖν αὐτῷ ἀμοιβαίως ἱκέτευε χάριτας, μετὰ D *βοῆς τε καὶ δακρύων τὰς ἀριστείας ἀπεστόμιζεν, ἃς ὑπὲρ Ῥωμαίων διὰ μεγίστων κινδύνων ἀπεκληρώσατο· τόν τε τῶν ἄθλων κατάλογον ἀπεσχεδίαζε, καὶ τοὺς ἀγῶνας ταῖς τοῦ σώματος ὠτειλαῖς ἀναγράπτους ἐδείκνυε, τὰς ἐμφάσεις ὥσπερ τῶν πόνων ἐπιδεικνύμενος, καὶ τῶν πολεμίων βολῶν τρανέστερον ἀνεγύμνου τὰ σήμαντρα. καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, ἐξ ὧν ἔπαθε, τὸ μὴ παθεῖν ἠξίου παρὰ τῶν εὐεργετηθέντων ἀποίσεσθαι. οἱ δὲ δυσανασχετοῦσιν, ὑπό τινος διαφθαρέντες ἀνδρός, ὃν καὶ λόγος διεκωμῴδει τῇ τοῦ Βουσᾶ γυναικὶ ἐπικλόποις τισὶν ἡδοναῖς ὁμιλῆσαι. ἀτάρ τοι τοὺς βαρβάρους ἠτιμωμένους ἀπεπέμποντο. ἐν μείζονι τοίνυν κινδύνῳ ὁ Βουσᾶς γενόμενος ἐλιπάρει τὸ βάρβαρον ἀναβολήν* P 54 *τινα μικρὰν τὰ τοῦ θανάτου λαβεῖν, καὶ μισθὸν τῆς τέως ἀνακωχῆς παραδιδόναι τοῖς βαρβάροις τὸ φρούριον· δεῖν γὰρ ᾤετο προπαθεῖν τοὺς ἐπιλήσμονας χάριτος καὶ μεταλήψεσθαι τῆς συμφορᾶς τὸ ἀπάνθρωπον, ἵνα πρῶτον καθ' ἑαυτοῦ τὸ κακὸν σχοίη τὴν πρόοδον. ἐπεὶ δὲ μείζονος ἐπαγγελίας τετύχηκε τὸ πολέμιον, ἱλαρώτερον πρὸς φιλανθρωπίαν ἐγίνετο, ὠχύρου τε ὅρκῳ τὸν Βουσᾶν περισώζειν, μὴ μὴν ἀναιρεῖν, φυσικῷ δὲ θανάτῳ τὴν ἐξουσίαν χαρίζεσθαι, ὁπόταν ἐθέλοι τὸν ἐκείνου*

22. *ἐκεῖνον* IP.

benevole pro eius capite persoluto pretio honoraverint, se in illorum conspectu hominem iugulaturos. suppliciter rogabat etiam Busas ne se, veluti qui medius mortis iuxta atque salutis lance examinaretur, despicerent, et gratias vicissim sibi in trutina appenderent. magna item voce et collacrimans commemorabat quae praeclara facinora pro Romano nomine per maxima vitae discrimina effecisset, certaminaque ordine recensens dimicationes cicatricibus corporis inscriptas ostentabat, et tanquam laborum suorum imagines exhibebat, impositarumque sibi ab hostibus plagarum signa aperte ante omnes nudabat. atque ut summatim dicam, per ea quae pertulisset, eos de quibus bene meruisset obsecrabat ut sibi gratiam non patiendi tam dira referrent. verum illi a quodam qui cum uxore Busae furtivas tractare voluptates omnium sermone notabatur, corrupti has preces indignantur, barbarosque cum contemptu dimittunt. tum Busas maiore in discrimine constitutus precatur uti a nece sua paulum adhuc temperent: se harum indutiarum praemium illis oppidulum traditurum. sic enim cogitabat, oportere priores malum perpeti, qui beneficii essent obliti, et inhumanitatem illorum calamitatis suae fieri participem, ut improbitas primum sibi ipsi officeret. hostes insigniora quam ante promissa accipientes hilarantur, et ad humanitatem misericordiamque ei tribuendam magis propendent; ac iureiurando inter-

B διαλύεσθαι σύνδεσμον· οὐ γὰρ ἐπιφέρειν αὐτῷ τὸν τεχνητὸν τοῦτον καὶ ἐπίκτητον θάνατον, εἴγε πέρας αὐτῷ τὰ τῆς ὁμολογίας προσδέξηται. καὶ δῆτα ὁ Βουσᾶς τοὺς Ἀβάρους ἐδίδασκε συμπήγνυσθαι πολιορκητικόν τι μηχάνημα, ἔτι τῶν τοιούτων ὀργάνων ἀμαθεστάτους ὑπάρχοντας, ἀκροβολίζειν τε παρεσκεύαζε τὴν ἑλέπολιν. καὶ μετ' οὐ πολὺ τὸ φρούριον κατεβέβλητο, καὶ δίκας ὁ Βουσᾶς ἀπανθρωπίας εἰσέπραττε, δεινόν τι διδάξας τοὺς βαρβάρους πρὸς πολιορκίαν τεχνούργημα. ἐντεῦθεν γὰρ πλείστας λοιπὸν τῶν Ῥωμαϊκῶν πόλεων ἀμογητὶ τὸ πολέμιον V 172 παρεστήσατο, τῷ ἀρχετύπῳ σοφίσματι προχρησάμενον. μενοῦν C γε τῇ Βερόῃ προσπίπτει, καὶ πλεῖστον παρανάλωμα χρόνου ζημιωθὲν καὶ μεγάλοις πόνοις προσομιλῆσαν τὸ τέρμα τῶν ἀγώνων ἀστεφάνωτον ἀπεφέρετο, τῶν τὴν πόλιν περιοικούντων ἀντιπαραταξαμένων γενικώτερον. ὅμως χρήμασιν ὀλίγοις τισὶ τὴν ὁμαιχμίαν ἠλλάξαντο· τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ πιθανὸν τῆς ἀστοχίας D ἐγκάλυμμα. (17) περικάθηται δὲ καὶ τὴν Διοκλητιανοῦ πόλιν κατὰ τὸ καρτερόν, ἀντετάξατο δὲ καὶ ἡ πόλις ἐς τὰ μάλιστα, καὶ προσβάλλειν ἀπεῖργεν ἐπ' ἀδείας· καταπέλται γὰρ ἐν τοῖς τείχεσιν ἀνεστήσαντο ἄλλα τε ἀμυντήρια, καὶ ἀπρόσιτον ἦν τοῖς βαρβάροις ἐξ ὑπογυίου συμπλέκεσθαι. ἀπήει τοίνυν ἀσχάλλων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, τὸ τοῦ λύκου παθών· κεναῖς γὰρ ἐκεχήνει ἐλπίσι. παρευθὺ δ' ἐπὶ τὴν Φιλίππου πόλιν μετέβαινε, καὶ περιβὰς τὸ πόλισμα ἐνήθλει λαβεῖν. ἀντεμάχοντό τε οἱ τοῦ

posito affirmant se ipsum conservaturos, naturalique morti potestatem gratificaturos eius coagmentationem dissolvendi cum voluerit, nec meditatam et adventitiam hanc mortem illaturos, si pactum re praestiterit. Busas igitur Abaros, hactenus istiusmodi instrumentorum fabricandorum imperitos, machinam expugnatoriam componere docet, et ad tela ex helepoli (tormento, quibus urbes capiuntur) iaculanda instituit. pauloque post oppidum prostratis muris in hostium manus concessit, et Busas poenas inhumanitatis exegit, doctis a se barbaris expugnatorium artificium; quo deinde pro fama primigenia et typo quodam usi, plurimas Romanorum urbes nullo negotio subegerunt. at vero Beroen aggressi cum longissimi iactura temporis magnisque laboribus voto ac praemio frustrati recesserunt, indigenis viriliter sese tuentibus; quibus modica pecunia pacem et amicitiam Chaganus vendidit: hoc enim frustrationis suae probabile tegumentum invenit. (17) etiam Diocletianopolim arte circumsedit: sed oppidani summa vi contra nitentes aditu eum fidenter prohibuerunt, locatis in muro catapultis aliisque machinis defensoriis, ut accedere barbari et cominus pugnare non auderent. quamobrem indignabundus recessit, cum ei, quod proverbio de lupo dicitur, evenisset: vana enim spe hiaverat. hinc confestim Philippopolim transiens oppidumque circumiens id occupare nitebatur: sed cives acrius contra de-

ἄστεος ἐντρεχέστερον, καὶ πολλοὺς τραυματίας ἔκ τε τῶν περιβόλων καὶ τῶν ἐπάλξεων ἐποιήσαντο, ὥστε τὸν Χαγᾶνον τὴν ἀσυλίαν διὰ τὴν ἀρετὴν ἐπαινέσαντα προῖκα καταθέσθαι τὸν πόλεμον. P 55 ἐξ ἑωθινοῦ δὲ διαπειραιωθεὶς τὰς ὕλας τῆς λεγομένης Ἀστικῆς τῇ Ἀδριανοῦ πόλει προστρίβεται. ἀγωνιστικώτερόν τε τῷ ἄστει προσέβαλλεν, ἀντικαθίσταντό τε καὶ οἱ τοῦ ἄστεος ἀλκιμώτερον. τοῖς δὲ Βυζαντίοις περιεβομβεῖτο ὡς Κάστος ἥλω καὶ Ἀνσιμοὺθ, καὶ πολὺς τῇ πόλει ἐπεκύμαινε θρύλλος. ἐλοιδορεῖτο δ' ὁ αὐτοκράτωρ ἐς τὸ φανερώτατον ἀπό τινων τῶν τοῦ πλήθους ἀσυνέτων καὶ στωμύλων ἀνδρῶν, ὧν καὶ τὰ τῆς τύχης ἦν ἀνεπίφθονα καὶ τὰ τῆς γνώμης ἀζήλωτα· καὶ βλασφήμους ᾠδὰς κατ' αὐτοῦ συντιθέντες διέσυρον κωμῳδοῦντες ἐμμελῶς τὸ ἀπαίσιον, οὐ τύχῃ ἀλλ' ἀνοίᾳ τὸ δυσπραγὲς περιάπτοντες, ἀλλ' B οὐκ ἀπέτεκεν ἡ λοιδορία θυμὸν τῷ αὐτοκράτορι· στεῖρα γὰρ ἦν πρὸς ὀργὴν ἡ τοῦ βασιλέως ψυχὴ καὶ παρὰ τὴν θυμικὴν φλόγα ἀσυνουσίαστος. τὸν δὲ Κάστον ἀπέδοντο χρηματισθέντες λίαν δαψιλῶς οἱ πολέμιοι, ὡς ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς πρεσβυτέρων ἔστι λαβεῖν, καὶ τὸ πιστεύειν ἀζήμιον. βασιλεὺς δὲ τὰς ἑαυτοῦ φροντίδας τοῖς πολεμίοις ἀντέταξε, καὶ μείζονι παρασκευῇ πρὸς τὸ πόλεμον ἐξαρτύετο. καὶ τὸν Ἰωάννην, ὃν δὴ Μυστάκωνα τοῖς πολλοῖς ἔθος ἀποκαλεῖν, στρατηγὸν προεστήσατο. ἐχειροτόνει δὲ καὶ τὸν Δρόκτωνα ὥσπερ αὐτῷ ὑποστράτηγον, παρήορόν τινα δύναμιν ἐμπιστεύσας αὐτῷ· Λογγόβαρδος δ' οὗτος τὸ φῦλον, ἀνὴρ ἀλκιμώτατος καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐμβριθέστατος.

certantes multos tum e moenibus tum e propugnaculis vulnerabant, ut eorum virtute, qua tegerentur, commendata gratuito obsidionem solveret. mane porro, silvis Asticae quae dicitur transitis, Adrianopolim se applicat; quam cum maioribus operibus oppugnaret, etiam ibi a civibus fortissime vis repulsa est. populi vero Byzantini aures fama de Casto et Ansimutho captis circumsonabat, multumque murmuris ac tumultus urbem inundabat, et apertissime imperatori a quibusdam e media plebe, stultis et protervae linguae hominibus, quorum neque fortunis quisquam invidit neque animi bona aemulatus est, contumeliae dicebantur. hi compositis in illum cantibus modulate adversum casum et comica quadam maledicentia insectabantur, non fortunae sed amentiae duram illam sortem adscribentes. tamen probra huiusmodi imperatori stomachum non faciebant, cuius mens ad iram sterilis et a flamma furoris abhorrens erat. sed Castum hostes ingenti pecunia aestimatum reddiderunt, ut senes nostri memorant, et iis fidem commodare nihil habet periculi. imperator curas suas adversum hostes intendere, maioremque in eos apparatum moliri, et Ioannem, vulgo dictum Mystaconem, ducem legere, Droctonem ei pro hypostratego, parte muneris in illum collata, adiungere. hic Longobardus natione, vir fortissimus et ad arma promptissi-

C ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν Ἀδριανοῦ πόλιν ἐγένετο, τοὺς βαρβάρους τῆς πολιορκίας ἀφιστᾷ, δευτέρᾳ τε ἡμέρᾳ ὁ πόλεμος ἐτετέλεστο. ἐνίκων τοίνυν Ῥωμαῖοι τοῖς βαρβάροις συμμίξαντες, καὶ ἑτεραλκέα τὴν μάχην διέθεντο. κατεστρατήγει γὰρ τῶν πολεμίων ὁ ὑποστράτηγος Δρόκτων. ἐπιπλάστῳ γὰρ φυγῇ τὸ ἐκείνου κέρας ἔδοξε τοῖς πολεμίοις τὰ νῶτα παρέχεσθαι, ὡς οἷα δεδοικότος τοῦ Ῥωμαϊκοῦ τὸ ἀντίπαλον· εἶτα τοὔμπαλιν ἀντεδίωξε, καὶ μετόπισθεν τῶν βαρβάρων γενόμενον τοὺς συντυχόντας διώλεσεν. ἀπήεισαν τοιγαροῦν μεσημβρίας ὥρᾳ οἱ βάρβαροι, ἄλλος ἄλλῃ διεσπαρμένοι καὶ ὡς ἂν τύχοι φερόμενοι μετὰ συντόνου τινὸς D ἀποδράσεως. ὁ δὲ στρατηγὸς οὐ κατεδίωξε τὸ ἀντίπαλον· ἐφιλοσόφει γὰρ τῆς εὐδαιμονίας τὸ μέτρον, τὰς ἐπ' ἄκρον εὐεξίας, ὥσπερ εἰκός, εὐλαβούμενος. φιλαπόστροφον γὰρ ἡ τύχη καὶ ἄπιστον, νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας, ἵνα καί τι τῆς Ὁμήρου δέλτου ἐπισπείρω τοῖς ἀφηγήμασιν.

P 56 V 173 18. Ἡράκλειος μὲν οὖν κατὰ τοῦτον δῆτα τὸν χρόνον ἐπέβη αὖ πάλιν τῆς Περσῶν πολιτείας, καὶ τοῖς Μήδοις φιλεπίδημον ἦν τὸ κακόν. ὁπηνίκα δὲ παρεγένετο, προσβάλλει ἐχυρωτάτῳ φρουρίῳ τινί. τοῦτο δ' ὑψηλῆς ὑπερεκαθέζετο πέτρας, καὶ διεκόσμει ὁ ὑποστράτηγος τὰς ἑλεπόλεις τε καὶ τὰς μηχανάς. ἀντιπαλαμῶνται δὲ καὶ Πέρσαι πρὸς τὰς ἐπιβουλὰς ἕτερα ἄττα σοφίσματα. ἱστουργοῦσι δὲ καὶ οἷα χιτῶνάς τινας· τρίχας συλλέξαντες καὶ τῷ στήμονι τὴν κρόκην συστρέψαντες, προμήκη τὰ χιτώνια διετέλεσαν, καὶ τούτους ἀχύρου εἰς τὸ ἰσχυρὸν ἐνε-

21. δὲ] τε IP.

mus erat. Adrianopolim ut venerunt, barbaros obsidione depellunt, ac die altero secundo Marte cum iisdem congressi vincunt, belloque finem imponunt. strategemate nimirum Drocto illos circumvenit: quasi enim timeret hostem, fugam cum suo cornu simulabat, deinde conversus insequentibus vicissim terga dantibus inhaerebat, et quotquot assequi posset obtruncabat. discesserunt itaque meridie barbari, continenti fuga alius alio, quo sors tulit, dilapsi. quos dux non est secutus, quod in felicitate modestiam adhibendam sapienter statueret, et velut in optimo corporis habitu, aliquid morbi, ut decebat, metueret. est enim fortuna parum fida, et facile alio respicit. et laeta viros victoria mutat, ut etiam de libris Homeri quippiam narrationibus nostris aspergamus.

18. Heraclius per id tempus rursus in Persidem se inferebat, habebantque domi malum Persae. admovit autem oppugnationem castello cuidam munitissimo, in sublimi petra aedificato, helepoles aliasque machinas hypostratego expediente. Persae adversum impulsus cum alia ingeniose struebant, tum quasi tunicas quasdam longas e pilis stamini tramam seu subtemen inducentes conficiebant, quas paleis densissime in-

φόρησαν, ναστούς τε κατεργασάμενοι ἐξῄρτων τοῦ τείχους, καὶ B τούτοις τὰς προσβολὰς ὑπεδέχοντο, τῷ μαλθακῷ τῆς ἀντιτύπου παρασκευῆς τῶν ἐκπομπῶν τὸ στεῤῥὸν ἐκμαλακίζοντες. ὑπερίπταντο δ' αἱ πολλαὶ τῶν βολῶν καὶ τοῦ φρουρίου αὐτοῦ· ἕτεραι δὲ καὶ κατ' αὐτὸ τοῦ ἐχυρώματος κατεφέροντο. ὁ δ' Ἡράκλειος οὐδεμίαν ἀνακωχὴν παρενετίθει ταῖς προσβολαῖς, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀμείβων τοὺς ἐφισταμένους τῷ ἔργῳ. οἱ μὲν γὰρ ἔναγχος τῶν πόνων μετειληφότες ὑπὸ τῆς διαδόχου δυνάμεως ἀντελάμβανον τὴν ἀνάπαυλαν, ἕτεροι δ' αὖ συμπονοῦντες ἐκείνοις C ἐξανίσταντο, κἀκείνοις αὖθις τοῦ μόχθου συνελάμβανον ἕτεροι. διά τοι τοῦτο ἐξασθενοῦσιν οἱ τιμωροῦντες τῷ ἐχυρώματι, καὶ ἦν αὐτοῖς τὰ τῆς δυνάμεως ἐξίτηλα. ταύτῃ τοι καὶ καθαιρεῖται τὸ φρούριον καὶ ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγίνετο. ἐπεὶ δ' ἥλω, φρουρὰν ἐν αὐτῷ ὁ στρατηγὸς ἐνεκάθισεν.

Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Θεόδωρον καὶ τὸν Ἀνδρέαν τὸ Ματζάρων (φρούριον δὲ καὶ τοῦτο) τῷ χρόνῳ γεγηρακὸς διωρθώσαντο. οὐκ ἄπο δὲ τοῦτο τοῦ Βεϊουδαὲς ἐτύγχανεν ὄν. ἐν ὅσῳ δὲ περὶ τὴν οἰκοδομίαν ὁ Θεόδωρος ἐνησχολεῖτο, ἧκον παρ' αὐτὸν γεωργοὶ D παραθήγοντες τὸ Βεϊουδαὲς παραστήσασθαι, μὴ ἀποχρῶσαν ὑπεῖναι φρουρὰν ἐν αὐτῷ παραδηλώσαντες. οἱ δὲ περὶ Θεόδωρον καὶ Ἀνδρέαν παραχρῆμα ἐπιθέσθαι τὴν πρᾶξιν τοῖς λόγοις διενοήθησαν, καὶ διανυκτερεύσαντες συντόνῳ τῇ ὁδοιπορίᾳ ἐκέχρηντο. ἐπιθέσθαι δὲ νυκτὸς τῷ Βεϊουδαὲς τούτοις ἐδέδοκτο. καὶ μὴ ἐξισχύσαντες τῆς ἑαυτῶν ἐφικέσθαι βουλήσεως, περὶ

4. ἑτέρας IP.

farctas de muro suspendebant, iisque tormentorum petitiones excipiebant; quarum vehementiam materiae oppositae debilitabat frangebatque mollitudo. tela complura supra, alia in ipsum castellum volitabant. Heraclius impressionibus nullam quietem interponebat, diu noctuque permutans qui instarent operi. nam qui modo pugnarant, aliis succedentibus respirabant: rursum alii illorum et novi ac recentes semper defatigatorum labores excipiebant. inde propugnatores defecti viribus languebant. ea ratione castellum eversum in potestatem Romanorum venit, cui dux praesidium imponit.

Theodorus et Andreas Mazarorum oppidulum vetustate ruinosum instaurant, quod a Beiudaes non procul distabat. dum Theodorus aedificatione distinetur, agricolae adsunt, eumque ad Beiudaes, in quo non reperiatur sufficiens praesidium, armis subigendum incendunt. Theodorus et Andreas communicata sententia mox ad rem incumbendum statuentes, transacta nocte magnis eo itineribus contenderunt. cum autem noctu invadere decrevissent, nec possent quod volebant effectum dare, sub matutinos gallorum cantus affuerunt. praesenserunt adventum Ro-

[redacted]

τοὺς ἑωθινοὺς τῶν ὀρνίθων κελάδους τῷ φρουρίῳ ἐπέστησαν. καὶ οἱ ἐπιχώριοι τὴν Ῥωμαϊκὴν προεγνώρισαν ἔφοδον, καὶ ἀδεεῖς ἦσαν διὰ τὸ τῶν τόπων δυσάλωτον. εἶτα ἀναθαρρήσαντες τῇ πέτρᾳ προκύπτουσι καὶ τῶν ἀποπομπαίων βελῶν προκατήρχοντο. εἴσοδος δὲ τῷ φρουρίῳ μί' οὖσα ἐτύγχανε, καὶ δυσπρόσιτος ἦν πολεμίᾳ χειρί· ἐνὶ γὰρ πύργῳ τὰ τῆς εἰσαγωγῆς ἐπεπίστευτο,
P 57 προβεβλημένῳ τοῦ ἐχυρώματος, ὥσπερ ἀδαμαντίνοις περικειμένῳ λίθοις τισίν, ἢ εἴ τι τούτων τὴν φύσιν ἐστὶ στεγανώτερον. οἱ οὖν Ῥωμαῖοι ἀποβάντες τῶν ἵππων προσαράττουσι τῇ πέτρᾳ, καὶ ταῖς ἀπὸ τόξων φοραῖς ἐτελεῖτο τὰ τῆς ἀγωνίας προαύλια. τοῖς δ' ἐν τῷ φρουρίῳ ποτὲ μὲν λίθοι ἀμυντήρια ἦν, ἄλλοτε καταποῦλται, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου τινὸς ἢ μεγίστης περιωπῆς τὰς καταβολὰς ἐπεποίηντο, οἷα ξενηλαλοῦντες διὰ τῶν ὑψηλῶν τὸ πολέμιον. ἀσχολούσης δὲ τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, τολμητίαι τινὲς τοῦ Ῥωμαϊκοῦ συμφραξάμενοι ταῖς ἀσπίσι, κατ'
B ὀλίγον καὶ βάδην ἰόντες, τὸ πᾶν τῆς ἀριστείας ἀναθέντες τῷ θράσει προηγοῦντο τῶν ἑπομένων, καὶ τῶν ἐκ τῆς πέτρας καταβολῶν οὐ φροντίζοντες εἰς τὸ πρόσω ἐχώρουν, καὶ διωθοῦσι τῆς πέτρας τὸ βάρβαρον. οἱ δὲ πολιορκούμενοι τὴν σύμμαχον καταλείψαντες πέτραν, εἰσδήντες εἰς τὸ φρούριον παρέδοσαν τοῖς πολεμίοις τὴν εἴσοδον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν τῆς πέτρας ὀχυρω-
V 174 μάτων κρατήσαντες λίαν ἰσχυρῶς τὸ φρούριον περικάθηνται. οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἑστῶτες ἀποσοβεῖν οὐχ οἷοί τε ἦσαν τὸ ἀντίπαλον, τὸ ἄπειρον τῶν βελῶν ὑπομένειν οὐκ ἔχοντες, ἀλλ'

6. εἴσοδον δὲ τῷ φρουρίῳ μὴ οὖσαν IP.

manorum indigenae, quibus capiendi loci difficultas timorem adimebat. tum petrae confisi despiciunt, telorumque iaciendorum initium faciunt. unus tantum erat ingressus, et is hostibus aditu difficilis, per turrim ante castellum stantem muroque cohaerentem, quae adamantinis quodammodo lapidibus, aut si quid adamante solidius est, constabat. Romani igitur ex equis descendentes petram invadunt, sagittarumque iactibus mutuis certamini praeludebatur. propugnatores nunc saxis deiiciendis nunc catapultis se defendebant, atque ut ex editissimo loco speculave maxima deorsum iaculabantur, hostes propter altitudinem quasi peregrina lingua compellantes. indigne id ferentibus Romanis, animosi quidam testudine facta sensim ac pedetentim gradientes, omnemque fortitudinis laudem in audacia constitutam habentes, aliis praeeunt, telaque desuper accidentia nihili pendentes ulterius prodeunt, ac barbaros petra depellunt. qui auxiliaria sua deserta castellum subeunt, Romanis ingressum reliquum faciunt. illi petrae munitionibus receptis castellum artissima obsidione premunt. in propugnaculis qui erant, hostem arcere non valebant, siquidem infinita tela non sustinebant: sed cum confertim apparuissent, mox pro vultibus terga ostendebant. porro miles

ἀθρόον ἐπιφανόμενοι παραυτίκα ἀντὶ τῶν προσώπων τὰ νῶτα ἐδείκνυον. Σάπειρ δέ τις ἀνήρ, τὸ μὲν σῶμα ὡς ὁ παρὰ τῷ C Ὁμήρῳ Τυδεὺς ἀνυμνούμενος, τὴν δὲ γνώμην καὶ περαιτέρω Τυδέως (Ἡρακλῆς γὰρ ἦν τὴν ψυχήν, καὶ εἴ τις τούτου ἐγεγόνει ποτὲ ἀλκιμώτερος· οὐ γὰρ ἀποκνέω τῷ μεγέθει τῆς ἀρετῆς τὸν Ἡρακλέα ἐν δευτέροις τιθείς, εἰ καὶ τῷ παραλλήλῳ λειπόμεθα), σκόλοπας ὀξεῖς ἐπιφερόμενος ἐνάλλεται τῷ ἐχυρώματι, καὶ μετεωροπορεῖ τὸν μὲν ἕνα σκόλοπα ἐνείρας τῷ πύργῳ ἀνὰ τὰς ἁρμογὰς τοῦ οἰκοδομήματος (ἦν γὰρ λίθῳ ξηρῷ διεσκευασμένον τὸ φρούριον), καὶ ἐπιβαίνει ἐπὶ τοῦ σκόλοπος τῷ ποδί. εἶτα τὸν ἕτερον αὖθις ὥσπερ ἐγκεντρίσας σκόλοπα, τὸν λειπόμενον τοῖν ποδοῖν ἐπερείδει, καὶ τῶν ἐξηρτημένων λίθων ἐπειλημμένος ἀπρὶξ εἴχετο ταῖν χεροῖν, οὕτω τε τὴν ἄνοδον ἐσοφίζετο. τῶν D δὲ πολιορκουμένων τὴν θέαν τῶν βελῶν μὴ ὑπομένειν οἵων τε ὄντων, ἰσχυρῶς εἴχετο τῆς ἐπάλξεως ὁ Σάπειρ ἐκεῖνος ἀνήρ. καὶ ἂν ἥλω κατὰ τὴν πρώτην ἐκείνην ἐπιβολὴν τὸ ἐχύρωμα, εἰ μή τις τῶν τῆς Περσικῆς συμμορίας ἀθρόον ἐπιφανεὶς ἑνὶ τῶν θυρεῶν τῶν προβεβλημένων τοῦ ἐχυρώματος ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν ἀριστέα ἐξώθησεν. ὁ δὲ κατολισθήσας ἐς τὸ κάτω ἐφέρετο μετὰ τοῦ θυρεοῦ, κύμβαχος ἐν κονίῃσιν, ἐπὶ βρεγμόν τε καὶ ὤμους, Ὁμηρικῷ τῷ συμπτώματι. ὅμως οὐ διόλωλεν· ὑποδέχονται γὰρ αὐτὸν ταῖς ἀσπίσιν οἱ συμπονοῦντες, καὶ τραυματίαν διεσώζοντο· προσνύττουσι γὰρ αὐτὸν τὰ τῶν ἀκοντίων σιδήρια μικρὸν κομιδῇ. ὁ δὲ καρτερικῶς αὖθις ἐπ' ἐκεῖνο τὸ ἔργον ἐχώρει, καὶ

quidam Saperius vocabulo, corpore similis Tydeo quem Homerus celebrat, animo autem supra Tydeum, Hercules ipse, inquam, et si quis Hercule aliquando animosior inventus est (non enim verebor magnitudine virtutis Herculem postponere, tametsi alioqui quem cum eo conferamus non habemus), hic, inquam, miles palos acutos inserens in munitionem insilit, et sublime scandit, et uno quidem in turri defixo, qua lapides iuncturas dabant (constructum enim erat castellum caeso lapide), pede in palum ascendit; rursus alterum palum ceu surculum in murum inserens, alterum pedem in eo firmat, eminentiaque saxa manibus firmiter comprehensa tenens ascensum ita machinatur. et cum obsessi tot telorum spectaculum non ferrent, vir ille Saperius propugnaculum valida vi tenebat, captumque fuisset primo illo impetu castellum, nisi quidam de cohorte Persica repente coortus saxo de his quae illic iacebant bellatorem animosum deiecisset. qui cum saxo deorsum ferebatur, praeceps in pulverem, super sinciput et humeros, casu scilicet Homerico. non tamen periit: nam eum vulneratum commilitones scutis impositum conservarunt: perparum enim missilium cuspides eum laeserant. ad idem opus constanter redit, iterumque ad propugnaculum assiliens iniectis manibus ita tenaciter pinnam retinet quemadmodum polypus, cum quip-

[redacted]

αὖ πάλιν ἀνέθορε, τῇ ἐπάλξει τὰς χεῖρας περιβαλὼν οἷα πολύ- P 58 πους ἀφύκτους πλεκτάνας τινάς, καὶ εἴχετο καρτερᾷ τινὶ λαβῇ τῆς ἐπάλξεως. ὁ δ' ἀντίπαλος Πέρσης ἀδελφὴν τῆς ἑτέρας ἐπιβουλῆς ἐξειργάσατο, καὶ σαθρωθείσης ἔναγχος τῆς ἐπάλξεως ταῖς Ῥωμαϊκαῖς προβολαῖς, μετ' ἐκείνης τὸν ἀριστέα ἀνατρέψας παρεία ἐς τὸ κάτω χωρεῖν. καὶ τοίνυν κατήγετο ὁ στρατιώτης ὁ φιλοκίνδυνος μετὰ τῆς ἐρωμένης ἐπάλξεως. τὸ δὲ συμμαχικὸν τὴν προτέραν σωτηρίαν ὀρέγουσι μετὰ φοβεροῦ τοῦ θεάματος τῷ πάντα τολμηρῷ. ἀτὰρ ἐξάντης τοῦ πτώματος ὁ τραυματίας γενόμενος καὶ τρίτον ἆθλον ἀσπάζεται, ὥσπερ ἀμάχου τινὸς καὶ θείας δυνάμεως ἐς τὸν πόνον παροτρυνούσης αὐτόν. B ἐπεὶ δ' ἀνείρπυσε τῆς στεφάνης τοῦ ἕρκους, λοιπὸν ἐπιβάς, τὸν ἀκινάκην σπασάμενος, τὸν κηφῆνα τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν Πέρσην ἀπέκτεινε, καὶ οὖν τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τῆς δέρης ἀφελόμενος τοῖς πολιορκοῦσιν ἀπέπεμπεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὸ γεγονὸς θεασάμενοι ἀνεθάρρησαν καὶ τῶν κινδύνων ὠρέγοντο. ἀδελφὸς δέ τις τοῦ Σάπειρος ἐκείνου (πρεσβύτης δ' οὗτος τὴν ἡλικίαν) ἐπεὶ γέγονε τῆς ἀρετῆς θεατής, καὶ ζηλωτὴς παραχρῆμα τοῦ ἐγχειρήματος γίνεται, καὶ ἄνεισι καὐτός, ἀδελφὰ τῷ ἀδελ- C φῷ μηχανώμενος. εἶτα μετ' ἐκεῖνον καὶ ἕτερος, καὶ μετὰ τοῦτον πολλοί· κάλοις γὰρ λοιπὸν ἀνεδύοντο οἱ προκατειληφότες τὸ ἐχύρωμα, καὶ ταῖς πύλαις ἀράττουσι, καὶ εἰσαγώγιμον λοιπὸν ἦν τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. καὶ οὕτω κρείττους τῶν πολεμίων γενόμενοι τὸ φρούριον παρεστήσαντο, καὶ οὓς μὲν ἀνεῖλον, οὓς δὲ διέσωζον καὶ εἰς αἰχμάλωτον μετεβίβαζον τύχην. τὰ δὲ κτή-

20. τοῦτο IP.

piam cirris sive acetabulis complexus est: inde enim avelli non potest. tum Persa adversarius simili impetu ut ante insurgit, et cum pinna Romanorum impulsibus paulo ante labefactata strenuum virum deturbat. cum amata igitur pinna miles nullius formidator periculi delabitur. socii cum terribili spectaculo omnia audenti priorem curationem ad salutem ministrant. at enim vulneratus cum denuo ex eo casu salvus evasisset, tertiam pugnam aggreditur, ac si invicta quaedam et divina virtus ad facinus illum extimularet. ubi igitur intra coronam munitionis irrepsit, deinceps irruens educto gladio suae virtutis fucum et populatorem illum ipsum Persam interfecit, caputque praecisum infra propugnaculum proiicit. Romani factum intuentes resumunt animos et experiri fortunam concupiscunt. frater autem Saperii illius, magno natu, ubi facinus spectavit, extemplo id ipsum aemulans ipse quoque ascendit et cum germano germana molitur. mox post illum alius, et post hunc plures scalis stuppeis ascendunt, oppidoque capto ac portis perfractis militem Romanum introducunt; atque ita hostibus superiores castellum

ματα λαφυραγωγήσαντες ἀπῇραν ἐντεῦθεν, σκοποὺς περιβαλόντες τῷ ἐχυρώματι. ὥρας δ' ἐπιούσης χειμῶνος ἄνεισιν ὁ Φιλιππικὸς ἐπὶ τὸ Κωνσταντίνειον ἄστυ, στρατηγὸν ἐναφεὶς τὸν Ἡράκλειον. ὁ μὲν οὖν Ἡράκλειος λειποταξίου ποινὰς τοὺς πλανήτας τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως εἰσεπράττετο· καὶ ὅσοι τῷ πόνῳ χαίρειν εἰπόντες τηνάλλως δεῦρο κἀκεῖσε περιενόστουν, βασάνοις ἐπὶ σωφροσύνην μετήγοντο.

in ditionem accipiunt, et partim incolarum occidunt, partim pro captivis servant, bona diripiunt secumque auferunt, et praesidium illic relinquunt. hieme iam ingrediente Philippicus ad Heraclium summa belli delata Çpolim discedit. Heraclius deserti ordinis poenas ab erronibus Romani exercitus exigit. et quotquot labore relicto huc illuc otiose vagabantur, suppliciis sapere docebantur.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ Γ'.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER III.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) Priscus in locum Philippici surrogatur. annona militum contracta. Germanus episcopus Damasci honorifice a Prisco habetur. cur ab eo Monocartum ductus. Prisci fastus in contemnendo more vetusto. tumultus in castris duas ob causas. imago Christi ad sedandas turbas circumlata. dux periculum fugit; detrahi militibus de consueta annona vetat; medicum quaerit a quo sanetur. (2) tabernaculum Prisci diripitur. legatus eius ad exercitum. Germanus quanquam multum repugnans dux cooptatur. episcopus legatus spernitur. statuae et imagines imperatoris deiiciuntur abolenturque. Edesseni episcopi irrita legatio. clades Orientis. (3) legati ad Priscum. eorum in militibus placandis infelix conatus. Priscus Byzantium discedit. adversus Philippicum rebellio. Persae occasione utuntur: Constantinam obsident. a Germano depelluntur. Aristobulus palatii praefectus milites ad officium revocat. (4) Martyropolis aditu Romani a Persis prohibentur. hostes insequentes dimicatione devincunt. in imperatorem benevolas mentes accipiunt; captivis et spoliis eum honorant. Philippici timor. stipendia persoluta. Roma Longobardis restitit. Mauri in Africa domantur. (5) carcer Giligerdi castelli, in quem diversi mortales includebantur; unde se et alios per caedem Romani eximunt. Philippicum Gregorius Antiochiae antistes exercitui conciliat. Persae Martyropolim occupant. Sitta dolum machinato, Persis Romani succumbunt. Philippico amoto Comentiolus in munere succedit. (6) Comentiolus cum Persis acie congressus fugit. Heraclii miranda virtus. Aphraates dux Persicus occidit; Persae in fugam vertuntur. munera imperatori de praeda mittuntur. ludi ob vi-

ctoriam Byzantii. Suaniam in Colchis Persae invadunt. Turcarum luxus in auro et argento. Persis vicissim tributa pensitant. praeda Suaniae Babylonem mittitur. dux, Romanus nomine, a Mauricio in Colchidem missus. (7) *Romanus reditum molitur, milites placat, hostium consilia indagat. Romani exploratores dolo deluduntur et torquentur. Varamus provinciam Romanorum depopulatur, abeuntes sequitur. phalanx eius in fuga caeditur. conflictu totis copiis inito, Persae superati fuga universi salutem petere contendunt. Romani insequuntur.* (8) *Hormisdas Varamum bifariam dedecorat, a quo contra contemnitur. Armenii praetore suo iugulato rebus novis abutuntur operam. Comentiolus turbas componit. defectionis inventorem clementia imperatoris conservat. ad Persicas tragoedias παρωκινή. Sarames ad capiendum vinciendumque Varamum missus ab eodem elephanto obiicitur.* (9) *ad tempora Iustini iunioris et Tiberii propter originem belli Persici declarandam digressio. belli execratio. Iustinus foedera transgreditur. Romani in Persas, Persae in Romanos belli causam coniiciunt. mendacium Persarum.* (10) *Marcianus patricius in Orientem dux mittitur; tribus millibus Arzanenam depraedatur. prope Sargathum Persae caeduntur. Thebothum castellum inaniter oppugnatur. Chosroae senioris in Romanos expeditio. Adormaanes Romanorum loca populationibus miscet, suburbana Antiochiae aedificia demolitur, Apameam incendio foedat.* (11) *Marcianus gradu movetur. Dara a Persis capitur. indutiae. Tiberius a Iustino collega asciscitur. eiusdem Iustini ad eundem de imperio legitime administrando sapiens et pia paraenesis.* (12) *gratulatio populi de Tiberio in collegam ascito. eius de pace legatio et liberalitas. Iustiniani ducis laus. pecuniae bene collocatae fructus. inter Romanos et Persas foedus. Romanorum propter Chosroae praesentiam trepidatio.* (13) *ducis Romani excellentissima concio, qua suis acriter et cum mortis contemptu confligendi ardorem conatur immittere. fiduciam vincendi ex hostium et sacrorum Persicorum despicientia auget. dicit autem incise et membratim, quo dicat vehementius.* (14) *Romanus miles pugnam sitit. Persae in hostes cum fastu gradiuntur. ambarum acierum diversa dispositio. vincuntur Persae et fugiunt. Chosroae turpis reversio. eiusdem lex de Romanis in posterum bello non lacessendis.* (15) *Romani Persidem infestam habent. in mari Hyrcano piraticam faciunt. domum redeunt. Persae in regem suum contumeliosi. militaris annonae apud eos ratio. de pace utrinque legationes. Romanis in Armenia subactis pacem Persae repudiant. Mauricius in Armeniam mittitur, in Persidem irrumpit: febrim habet. multa castella diruuntur. captivorum Persarum ingens numerus.* (16) *Romani multa loca ad vastitatem redigunt. Iustini decessus, et monarchia in Tiberium translata. eius encomium. Chosroae filius Hormisdas succedit; cuius immanitas describitur: causa subiicitur, ariolorum falsa praedictio. nequitia daemonum. alia Hormisdae scelera.* (17) *Hormisdae superbia. pacem aversans tributa postulat. Mauricius Persidem deformat. in Cappadociam abit; in Persidem per solitudinem Arabiae properat: eum Nomades barbari prosequuntur, quorum infidelitas reprehenditur. inanis Mauricii conatus. ad Callinicum oppidum Romanorum victoria.* (18) *ad Constantinam Romani Persas caedunt. Mauricius Byzantium redit, defunctoque Tiberio principatum capessit. reditus ad ordinem historiae, sed prius de Varami patria, genere, fortuna, gestis honoribus, et quo pacto exercitum in regem exulcerarit.*

C. 588. D 1. *Φιλιππικὸς μὲν οὖν ἀνὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἐπέπυστο Πρίσκον* V 177 *ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος στρατηγὸν ἐγχειρίζεσθαι, καὶ τῆς Ταρσοῦ ἐπιβὰς Ἡρακλείῳ δέλτους συνέταξε, δι' ὧν ἐνεσήμαινε καταλιπόντα τὸ στράτευμα ἐς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπανελθεῖν, ἐς τὴν Ἀρμενίαν γενόμενον, Ναρσῇ τε τῷ Κωνσταντίνης πόλεως ἡγεμόνι μεθιέναι τὸ στράτευμα. καὶ τὸν βασιλέως δὲ νόμον ἀρ-* P 62 *τίως αὐτῷ ἐπιφοιτήσαντα παραγυμνώσας ἐκέλευσε καὶ ἐς τὸ ἐναργὲς τοῖς στρατεύμασι παραδεῖξαι, Πρίσκῳ διαφθονούμενος. ἦν δ' ἄρα ὁ νόμος στρατιωτικῶν σιτήσεων ὕφεσις, ἡ δ' ἀπομείωσις τετάρτη ἐτύγχανεν οὖσα ἀπόμοιρα. καὶ γέγονε καθάπερ ὁ στρατηγὸς ἐνετέλλετο. ἦρος δ' ἐπιγενομένου ὁ μὲν ἀπεχειροτονεῖτο, ὁ δὲ τῆς ἡγεμονίας ἀπήρχετο. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος ἐπιβὰς τῆς Ἀντιοχείας προστάττει εἰς τὸ Μονόκαρτον τοὺς στρατιώτας συλλέγεσθαι, καὶ τῇ Ἐδέσσῃ προσομιλήσας περιτυγχάνει Γερμανῷ, καὶ περιλαβὼν δεξιῶς κατησπάζετο ἐκ τῆς ἐπιδημίας γενόμενον (Δαμασκοῦ γὰρ οὗτος διεκόσμει τὸν θρόνον), ἀνακλίνας τε εἰς* B *δεῖπνον αὐτὸν τῇ ἐπιούσῃ ἐφιλοφρονήσατο. μετὰ τοίνυν ἡμέρας τέτταρας ἀπεφοίτα τῆς Ἐδέσσης ὁ στρατηγός, τόντε τῆς ἱερατικῆς καθέδρας προλάμποντα μεθ' ἑαυτοῦ συνελάμβανε, καὶ ὡς τὸν χάρακα ᾤχετο (ἦν γὰρ ἡ ἡμέρα προσδόκιμος καθ' ἣν εἴθιστο ἑορτάζειν Ῥωμαίοις τὸ σωτήριον ἐκεῖνο πάθος, δι' οὗ τὸν κόσμον εἰσεποιήσατο ὁ μονογενὴς παῖς τοῦ θεοῦ, ὁ τὴν φύσιν ταὐτὸς*

1. Philippicus Priscum ab imperatore ducem renuntiatum esse in via intelligens, postquam Tarsum attigit, ad Heraclium litteras dat, mandans uti exercitum Narsae praesidi Constantinae tradat, ipse in patriam suam in Armeniam revertatur. imperatoris praeterea decretum nuper sibi missum exponit, et de eo palam militibus significari vult, invidia adversus Priscum stimulatus. erat autem hoc decretum, ut de demenso sive annona militari quarta pars detraheretur. factum ut dux imperavit. iam igitur ipso vere Philippico abdicante Priscus inivit. is ut Antiochiam est ingressus, militibus conventum ad Monocartum indixit, Edessamque veniens illic Germanum reperit, quem eo peregre profectum (Damasci quippe sedem pontificiam tenebat) civiliter complexus et osculatus, vocatum ad coenam postridie humaniter amanterque tractavit. post diem quartum Edessa discedens virum illum episcopali dignitate illustrem secum ad castra ducit. imminebat enim dies, quo salutiferos cruciatus atque necem, per quam unigena dei filius patri natura aequa-

τῷ πατρὶ καὶ τὴν βασιλείαν ὁμότιμος· οὗτος δέ ἐστιν ὁ Χριστός), τοῦτο ὑποτοπάσας ὁ στρατηγός, ὡς οὐ δεῖ αὐτὸν μὲν ἐν πόλει τὴν ἐγκύκλιον τῆς ἀναστάσεως πανηγυρίζειν ἡμέραν, τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν ἐν πεδίῳ κατηφέστερόν πως ἑορτάζειν δοκεῖν, πολιτικῆς θυμηδίας ὥσπερ στερισκόμενον. διά τοι τοῦτο τὸν ἱερέα παραλαβὼν ὡς τὸ Μονόκαρτον ἐβάδιζεν. ὁ δὲ Γερμανὸς προῆγε, C τὴν τοῦ στρατηγοῦ παρουσίαν ἐξάκουστον ποιούμενος τοῖς στρατεύμασι. μετὰ τοίνυν ἡμέρας δύο οἱ ταγματάρχαι ἀπήντων τῷ στρατηγῷ ὡς ἀπὸ τριῶν σημείων τοῦ χάρακος, ναὶ μὴν καὶ οἱ τῆς ἐκτάξεως ἅπαντες. ἔθος δὲ γεγηρακὸς ἐνευδοκίμει τῷ στρατοπέδῳ, τὸν μέλλοντα τὰς στρατηγίδας περιβαλέσθαι ἡνίας, ὁπηνίκα αὐτῷ τὰ στρατεύματα ὑπαντήσωσιν, ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου καὶ διὰ μέσου χωρεῖν τοῦ ὁπλιτικοῦ καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοῖς ἀσπασμοῖς τὸ στρατόπεδον. ὃ δὴ μὴ πεποιηκότος τοῦ Πρίσκου, ἀλλὰ καὶ πάνυ μὲν οὖν τοῦτον δὴ τὸν πρεσβύτην ἀποσκορακίσαντος νόμον, οὐ μετρίως ἔφερε τὴν ὕβριν τὸ στράτευμα. τῇ τοίνυν πρώτῃ τῆς πανηγύρεως ἡμέρᾳ εἰρηναίως ὁ στρατηγὸς D διετέλεσε. τρίτης δὲ ἡμέρας παρῳχηκυίας, καὶ τῆς τῶν στρατιωτικῶν σιτήσεων ἀπομειώσεως οὐκέτι ἐν παραβύστοις ἀλλ' ἐς τὸ φανερὸν γενομένης τῷ πλήθει παντί, ἀναρχίας ἀκμὴ λαμβάνει τὴν πρόοδον, καὶ πρὸς τῇ σκηνῇ τοῦ στρατηγοῦ τὰ πλήθη συρρέουσιν, ἃ μὲν λίθους ἐπιφερόμενα, ἃ δὲ καὶ ξίφη, ὡς ἑκάστῳ καθυπούργησεν ὁ καιρός. τοῦ δὲ ταράχου ὁ στρατηγὸς

lis et imperii honore par, Christus, inquam, humanum genus sibi reconciliavit, solemni caerimonia recolere Romani consueverunt. sic namque secum ratiocinabatur, non esse iustum se resurrectioni sacratum diem in urbe anniversarium agere, Romanos in campo foris, velut urbana laetitia exclusos, tristiores ducere ferias videri. quocirca episcopum assumens Monocartum ire perrexit. caeterum Germanus Priscum antecedens exercitui super eius adventu nuntium apportat. post biduum itaque cohortium praefecti, quin immo milites omnes, ad tertium fere lapidem duci obviam e castris prodeunt. porro castrensis quaedam consuetudo vigebat, eaque vetus et laudabilis, ut qui ad exercitum regendum adveniret, occurrentibus sibi honoris causa militibus equo descendens armatorum medius graderetur totumque exercitum comiter salutaret. quod cum Priscus facere omitteret et morem hunc plane contemneret, ea contumelia apud milites graviter offendit. ac primo quidem festorum solemnium die in pace fuit. tertio elapso, cum iam de demensi seu victus diminutione constaret inter omnes, contumacia et licentia adversus ducem magis amplificata, ad tentorium eius turmatim ruunt, pars lapides iactantes, pars gladios distringentes, ut cuique telum occasio ministrabat. dux fremitum ac tumultum auribus accipit: quid sibi istuc velit percunctatur. illis ad interrogata nihil respondentibus, nisi hoc

[redacted]

αὐτήκοος γέγονε καὶ τὴν αἰτίαν διεπυνθάνετο. τῶν δὲ πρὸς τὴν πεῦσιν μηδὲν ἀποκρινομένων αὐτῷ πλὴν ἢ "ἀνατέτραπται πάσης τάξεως ἁρμονία, τοῦ στρατοπέδου ἀνηγεμονεύτου τυγχάνοντος," ἱδρῶτι περιερρεῖτο ὁ πολέμαρχος Πρίσκος καὶ φόβῳ πολλῷ συνεστέλλετο, διαπορουμένης αὐτῷ τῆς ψυχῆς ὅ τι καὶ δράσειεν. P 63 τῷ μὲν οὖν Ἐλιφρέδᾳ τὸ θεανδρικὸν ἴνδαλμα παραγυμνώσας V 178 ἐδίδου (ἀχειροποίητον δὲ τοῦτο Ῥωμαῖοι κατονομάζουσι), περινοστεῖν προστάξας τὸ στράτευμα, ὅπως αἰδοῖ τοῦ σεβάσματος ταπεινωθείη μὲν ὁ θυμός, τὰ δὲ τῆς ἀκοσμίας πρὸς τὸ σῶφρον τὴν μεταβολὴν ἀπενέγκοιτο. τοῦ δὲ πλήθους μηδὲν ἐντεῦθεν σωφρονιζομένου, ἀλλὰ καὶ βάλλοντος τὸ ἀπόρρητον λίθοις, εἰκότως ὁ στρατηγός, ἵππῳ τινὸς τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως περιτυχών, πρὸς φυγὴν ἐκδοὺς ἑαυτὸν παραδόξῳ σωτηρίᾳ τινὶ τὸν κίνδυνον παρεκρούσατο. ἱπποφορβοῖς τοιγαροῦν προσο-B μιλεῖ τοῖς τὰς ἵππους τὰς στρατιωτικὰς περιβόσκουσι. κἀκείνων μετὰ μεγίστων κινδύνων τὰς χεῖρας διαφυγὼν τῆς Κωνσταντίνης πόλεως ἐπιβαίνει πυλῶν, ἄρτι τὰς διατριβὰς τοῦ Μονοκάρτου ἀπολιπών. συνεκδημεῖ τοιγαροῦν μετὰ τοῦ στρατηγοῦ τῇ πόλει καὶ θόρυβος. οἱ μὲν οὖν τῆς Κωνσταντίνης οἰκήτορες ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν ἐκπεπληγμένοι τὰς ψυχὰς διετέλουν· ὁ δὲ στρατηγὸς τοῖς ἡγεμόσι τῶν πόλεων τοῖς τε τῶν φρουρίων ἐφεστηκόσι δι' ἐπιστολέων ἐνεχάραττε γράμματα, μηδὲν τῶν συνηθῶν ἀποστερεῖν τὰ στρατεύματα, μήτε δὲ καταπλαγῆναι τὰς ψυχὰς τῇ ἀθρόᾳ τῶν γεγενημένων παρόδῳ. ἐζήτει δὲ καὶ ἰατροῦ

12. ἵππον IP.

unum, omnis ordinis quasi concentum quendam nunc perisse, cum exercitus imperatore careat, Prisco sudor ire per corpus et artus occupare tremor coepit, animo haesitanti quid ageret. ergo Iliphredae dei atque hominis effigiem, quam ἀχειροποίητον (hoc est, non mortali manu confectam) Romani appellant, involucro nudatam per castra circumferendam committit; quo ad aspectum rei adorandae excitata reverentia furorem comprimeret, et in modestiam quietemque rerum perturbatio transiret. verum enimvero, cum multitudo nihilo hinc modestior saniorque evaderet, quin potius sacrosanctam imaginem lapidibus appeteret, dux equum cuiusdam e satellitibus imperatoris nactus haud immerito sese in fugam tradidit, periculumque capitis praeter opinionem depulit: nam et cum pastoribus equariis, militum equos circum ea loca pascentibus, congressus eorum manus non citra summum discrimen effugit. iamque Monocarto relicto Constantinam urbem petivit, in quam urbem fama ducem ipsum comitata est. ac cives quidem Constantinae stupere super his quae contigisse audiebant, dux vero urbium castellorumque praefectis per amanuenses scribere, praecipereque ne quid de consueto demenso

τέχνην ἐπιφανεῖσαν αὐτῷ φάρμακα τοῖς περὶ τὴν γαστροκνήμην C
ἕλκεσιν ἐπιτίθεσθαι, ἐδεινοπάθει γὰρ ἐπὶ τοῖς μώλωψιν, οὓς αὐτῷ ἡ τῶν λίθων φορὰ διενείματο.

2. Τὰ μὲν οὖν τῆς στάσεως τῷ στρατοπέδῳ διεμηνύετο.
περισχίζεται γὰρ τὸ τοῦ στρατηγοῦ σκηνοπήγιον, λωποδυτεῖται D
δὲ παρὰ τοῦ πλήθους καὶ τὰ τῆς περιουσίας ὁ Πρίσκος, ἀποδιδράσκουσι δὲ καὶ οἱ τῶν συνταγμάτων ἡγεμονεύοντες, καὶ ἐς μέγα κακοῦ τὰ τῆς ἀναρχίας ηὐξάνετο. μετ' οὐ πολὺ δὲ τὸν τῆς Κωνσταντίνης πρόεδρον ὁ στρατηγὸς εἰς τὸ στρατόπεδον πρεσβευτὴν διεπέμπετο, κατισχυριζόμενον τὰ τῆς στρατιωτικῆς λύπης παρηγορεῖν, καὶ ὡς μετέθετο τὴν γνώμην ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος, καὶ βασιλικὸν ἐπιφέρεται γράμμα ἐγκελευόμενον ἀναζευγνύναι πρὸς τὸ σύνηθες τὰς στρατιωτικὰς ἐπιδόσεις. ἐπεμέμφετο δὲ Φιλιππικῷ Πρίσκος ὁ στρατηγός, καὶ τῆς ἀταξίας αὐτὸν διεθρύλλει γεγονέναι πατέρα ὡς εἰσηγητὴν τῆς μειώσεως τῶν στρατιωτικῶν ἐπιδόσεων Μαυρικίῳ γενόμενον. ταῦτα δ' εἰκῇ διερραψῴδει ὁ Πρίσκος. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς ὁ πρέσβυς ὡδοιπόρει καθὼς προσετέτακτο· τὰ δὲ στρατεύματα συναθροίζεται, καὶ
στρατηγὸν χειροτονεῖν ἐδοκίμαζε. διά τοι τοῦτο μετάκλητον τὸν P 64
Γερμανὸν ποιησάμενοι, καὶ εἰσαγώγιμον εἰς τὸ βουλευτήριον ἐνεγκάμενοι, ἠξίουν ἐγχειρίζειν αὐτῷ τὰς στρατηγίδας ἡνίας. τοῦ δ' ἀποπεμπομένου τὴν τοῦ στρατοπέδου ἀξίωσιν, τῶν δὲ καταναγκαζόντων αὐτὸν ἔσεσθαι περὶ τὴν χειροτονίαν πειθήνιον, καὶ προσαπειλούντων καὶ θάνατον τῆς παρακοῆς εἶναι τὸ διαζήμιον, νικῶσι τὰ τῶν στρατευμάτων βουλεύματα, καὶ στρατηγὸς Γερ-

exercitui demerent, neve percellerentur, si crebrius quae facta essent audirent. quaerebat etiam medicum, a quo cataplasmatis tibiae dolor et vibices lividae lapidum iactu sibi impositae curarentur.

2. Seditio militaris augescit, tentorium ducis dilaceratur, supellex in praedam concedit, duces quoque aufugiunt, et quod caput nullum esset, id maiori semper malo erat. non multo post dux antistitem Constantinae in castra legat, lenire studens militum aegritudinem, quod scilicet sententiam mutasset imperator, a quo litteras afferret, a quibus mandaretur uti annonaria erogatio in pristinum revocaretur. accusans autem Philippicum Priscus auctorem eum tumultus fuisse iactabat, ut qui Mauricio demensi contrahendi consilium dedisset. sed haec ille temere fabulabatur. antistes igitur iuxta atque imperabatur inibat iter, et exercitui in unum coeunti creandum esse ducem videbatur. quare Germanum accersunt, in concilium introducunt, militaris imperii summam ei permittere aequum bonumque censent. Germanus exercitus petitionem repudiat. illi obedientiam in oblata dignitate amplectenda urgent, et ni obediat, mortem pro poena intentant. quid multa? vincit eorum deliberata sententia, et Germanus praeconis voce dux promulga-

μανὸς ἀνακηρύττεται, ὅρκῳ περιφράξας τὰ τοῦ συνοίσοντος, ὡς
B ἀπέχονται Ῥωμαῖοι τοῦ λωποδυτεῖν τὸ ὑπήκοον τῆς ἀταξίας ἐκποδὼν γινομένης. διωμολόγητο δὲ καὶ καταπολεμεῖν αὐτοὺς τὸ ἀντίπαλον. καὶ ταύταις ὁ στρατηγὸς ταῖς συνθήκαις περιφραξάμενος οἷα θώραξιν ἀκαταγωνίστοις τισὶν ἡγεμονεύειν Ῥωμαίων ἠσμένισε. γίνεται γοῦν ὁ ἱερεὺς ὁ πρέσβυς πρὸς τὸν στρατηγὸν καὶ τὸ στρατόπεδον. ὁ μὲν οὖν παρεκάλει τὸ στράτευμα πρὸς σωφροσύνην ἰδεῖν· οἱ δ' ἀπηχθάνοντο τῷ ἱερεῖ, καὶ τοὺς λόγους τοῖς ὠσὶν οὐ παρεδέχοντο, ἀλλ' οἷα βάρβαρον ὄψιν ἐξενηλάτουν
179 τὰ παρὰ τοῦ πρέσβεως αὐτοῦ εἰσηγούμενα. παρενεγγύων δὲ καὶ τὸν Πρίσκον ἐξωθῆσαι τῆς πόλεως. οἱ μὲν οὖν τοὺς βασιλικοὺς ἀνδριάντας καταρρίπτειν ἐνεχείρησαν· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. ἀφα-
C νίζουσι δὲ καὶ τὰ διὰ τῆς γραφῆς ἀναθήματα, ἅπερ σανίσι καὶ πίναξιν εἰς βασιλέως τιμὴν χρωματουργίᾳ συνετάττοντο τεχνικῇ· μηδὲ γὰρ ἀνέχεσθαι ἔφασκον ὑπὸ βασιλέα παλιγκάπηλον εἶναι. ὁ δὲ πρόεδρος τῆς Κωνσταντίνης κατάδηλα ταῦτα ἐποιήσατο Πρίσκῳ. τοίνυν ὁ Πρίσκος καὶ τὸν τῆς Ἐδέσσης τοῦ ἱερατικοῦ ἐξηγούμενον πρεσβευτὴν ἀπέστελλε τοῖς στρατεύμασιν. ἀτὰρ ὁ ἱερεὺς γενόμενος πρὸς τὸ στράτευμα καὶ πολλοὺς λόγους καταβαλόμενος ἀνεπιτεύκτως τὴν ἐπανάζευξιν ἐποιήσατο. τὰ δ' ἐκ τῆς
D ἀταξίας δεινὰ τῇ ἀνατολῇ ἐπεκύμαινε, καὶ πάντῃ κακὸν κακῷ ἐπεστήρικτο, ἵνα καὶ ποιητικῆς συμφορᾶς μνήμην ποιήσωμαι, τῶν μὲν τὰς περιουσίας ἀποβαλλομένων, ἄλλων περὶ τὰς ὁδοὺς

12. ἀνδριάντων IP.

tur, cum prius communem utilitatem iureiurando exacto confirmasset, ut Romani seditione ac turbis e medio sublatis, diripiendis ac spoliandis subditis vim minime facerent. pactus etiam cum illis est uti hostes oppugnarent. haec ubi pactis tanquam loricis quibusdam inexpugnabilibus communivit, ad gubernacula promptus accessit. venit itaque ad ducem et exercitum legatus episcopus; rogat milites, considerent quid modestia moderatioque postulent. illi succensere, auribus dicta respuere, et quae consuleret, veluti nova et peregrina repellere. hortabantur insuper uti Priscum urbe Constantina exigeret. et ipsi quidem statuas imperatoris deturbare non sunt veriti. praeterea in honorem imperatoris coloribus et arte pictas tabellas sustulerunt, quod se imperatori cauponi servire nolle affirmarent. antistes Constantinae haec ad Priscum refert: Priscus Edessae praesulem ad exercitum rursus legat; qui multo sermone frustra consumpto rediit. iam vero ex huiuscemodi confusione tumultuque exortae calamitates Orientem ceu fluctus quidam pervadebant, et ubique malum superveniente malo vires et robur acquirebat, ut et a poeta descriptae calamitatis mentionem faciam, cum alii rem familiarem amitterent,

ληστρικώτερον βιαζομένων, ἑτέρων ἐν τοῖς ἀγροῖς ληϊζομένων, τῆς τυραννίδος κομώσης καὶ παρεχομένης τοῖς ἀδικήμασι τὸ ἀνέγκλητον. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος γράμμασι ταῦτα κατάδηλα Μαυρικίῳ ἐποιήσατο τῷ αὐτοκράτορι, (3) ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Φιλιππικὸν αὖθις ἐπιβαίνειν τῆς ἀνατολῆς ἐγκελεύεται. ἐπικηρυκεύονται τοιγαροῦν οἱ τῶν στρατευμάτων τὸν Πρίσκον τῆς Ἐδέσσης P 65 ὑπεξελθεῖν, πέντε καὶ τεσσαράκοντα τὸν ἀριθμὸν χειροτονήσαντες πρεσβευτάς. γίνονται γοῦν οὗτοι ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸν Πρίσκον, καὶ διαπορθμεύουσιν αὐτῷ τὴν τῶν στρατοπέδων προαίρεσιν. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος πλεῖστα ἀπελελόγητο, καὶ πείθει τοὺς ἀπεσταλμένους ὡς οὐκ ἐν ἀδίκῳ μοίρᾳ γέγονεν αὐτῷ τὰ ἐπίχειρα. οἱ μὲν οὖν ἐπηγγείλαντο τῷ Πρίσκῳ ὑπομαραίνειν τῶν στρατιωτῶν τὰς μαινόλεις τῆς ὀργῆς φρυκτωρίας· ὁ δὲ Πρίσκος κεχηνὼς ταῖς ἐλπίσι πρὸς τῇ Ἐδέσσῃ τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο. καὶ δῆτα ἀφίκοντο οἱ πρεσβευταὶ πρὸς τὸν χάρακα, καὶ τὰς ἀπο- B λογίας διεξῄεσαν Πρίσκου, ἐνεχείρουν δὲ καὶ τιθασσεύειν τὰ νεώτερα τῆς τυραννίδος σκιρτήματα. ὃ καὶ πρὸς κορυφαῖον αὐτοὺς ἀπῃώρησε κίνδυνον· μόλις γὰρ τὸν θάνατον ἀποκλίνουσι, τὸ ἰδιωτεύειν κατακριθέντες· τοῦτο γὰρ τὰ τῆς ὀργῆς ἐδογμάτιζεν. ἐκ τοῦ χάρακος τοίνυν ἐκβάλλονται, καὶ τοιούτοις δεινοῖς τὰ περὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἐπεπέραστο. καταστρατοπεδεύουσι τοιγαροῦν οἱ τῆς ἀταξίας ἡγεμονεύοντες κατὰ Πρίσκου, καὶ πέντε χιλιάδας συντεταχότες μαχίμου δυνάμεως ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν ἀποστέλλουσι. C κατ' ἐκεῖνον γοῦν τὸν καιρὸν γίνεται Θεόδωρος περὶ τὴν Ἔδεσσαν, τὴν Φιλιππικοῦ ἄφιξιν ὑπισχνούμενος. διά τοι τοῦτο ἀπολιπὼν

alii in itineribus per vim et latrocinia spoliarentur, quorundam ab agris pecora et fruges raperentur, tyrannide eo usque luxuriante, ut qui iniuriarum agere auderet, inveniretur nemo; super quibus Mauricium imperatorem Priscus per litteras certiorem fecit. (3) imperator Philippicum rursus in Orientem proficisci iubet. exercitus igitur per quinque et quadraginta legatos Priscum monet uti se Edessa subducat. hi Edessam ingressi militum ei voluntatem denuntiant. Priscus sui defendendi affert plurima, legatisque persuadet secum iniuste agi. tum illi promittunt se ira et furore ardentes militum animos nonnihil sedaturos. qua spe nixus apud Edessenos moras trahit. legati in castra reversi responsionem Prisci exponunt, ferociores illorum spiritus temperare conantur; quod eos summum in discrimen adduxit: nam cum vix interitum effugissent, capite diminuti sunt, ad vitam privatam condemnati. huius supplicii irrogandi magistra ipsis iracundia fuit. e castris igitur electi hunc calamitatis suae exitum tulerunt. principes seditiosorum Priscum bello appetendum rati, quinque egregiorum militum millia instruunt, quos Edessam mittunt. quo tempore Theodorus Edessam veniens de Philippici adventu

ὁ Πρίσκος τὴν Ἔδεσσαν γίνεται ἐς Βυζάντιον. οἱ δὲ περὶ τὸν χάρακα Ῥωμαῖοι ἔτι τῇ ἀταξίᾳ τε περιεπλέκοντο, τὸν Φιλιππικὸν ὅσον οὔπω ἐπιβαίνειν τοῦ Μονοκάρτου αἰσθόμενοι, ὅρκους τε διέθεντο μηδὲ τῆς ἐκείνου στρατιαρχίας ἀνέχεσθαι. τὸ δὲ Περ-
D σικὸν ταῖς Ῥωμαϊκαῖς συμφοραῖς ἐντρυφῶν, τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ περιεκέχυτο καὶ τῇ Κωνσταντίνῃ προσέβαλλε· καὶ διπλοῦς ταῖς πόλεσιν ὑπῆρχεν ὁ πόλεμος, ἔκ τε τῶν οἰκειοτάτων καὶ τῶν πολεμίων ἐκτρεφόμενός τε καὶ λιπαινόμενος. καὶ οὖν τὸ τῶν Ῥωμαίων συνάθροισμα ἀπόμαχον διετέλει, οὐδὲν μέλον αὐτῷ, ὡς περὶ ἀλλοτρίων τοῦ πράγματος τῶν γινομένων τὴν φροντίδα τιθέμενον. Γερμανὸς δὲ χιλιάδα ἐκ τῆς μαχίμου καθοπλίσας δυνάμεως, τῇ Κωνσταντίνῃ ἀθρόως ἐπιφανεὶς τῶν προσδοκίμων αὐτῇ κακῶν ἠλευθέρωσε. μόλις δὲ παραθήγων ὁ στρατηγὸς τὰ Ῥωμαίων συντάγματα καὶ παροτρύνας τοῖς ῥήμασι χιλιάδας τέτταρας συναθροίζει, καὶ τοῖς Περσικοῖς ἐνδημεῖν ἐγκελεύεται. ὁ δ' Ἀριστόβουλος (ἦν δ' ἄρα οὗτος τῆς βασιλικῆς οἰκίας προεστὼς τοῦ βασιλέως τοῦ Ἀντιόχου προσαγορευομένης) τοῖς στρατεύμασιν ἐπίδημος ἦν ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐκπεμφθείς. οὗτος πῇ μὲν τοῖς δώροις πῇ δὲ τοῖς λόγοις ὑπεμαλάττει τὸ τῆς τυραννί-
P 66 V 180 δος ἀτίθασσον. (4) στρατοπεδεύεται γοῦν τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐπὶ τὴν Μαρτυρόπολιν, πρὸς τὸ εἰρηναῖον μεταβαλόμενον. ἀπόμοιρα δέ τις τῶν στρατοπέδων τῇ Περσίδι πάλιν εἰσβάλλει. ὁ μὲν οὖν Μαρουζᾶς ὁ τοῦ Περσικοῦ στρατηγὸς ἐπιφανεὶς κωλύμην τῆς ἐπιστασίας Ῥωμαίοις παρείχετο. ἐπανέζευξαν τοιγαροῦν

P 78 εἰρήνης καθέστηκε τιμαλφέστερον τοῖς γε νοῦν ἔχουσι καὶ με-
μνημένοις τῆς θνητῆς τε λήξεως τῆς τε πρὸς τὸν βίον βραχυτά-
της παρόδου. ἐστρατολόγει δὲ καὶ πλήθη μαχίμων, καὶ τῇ
ῥύσει τῆς χρυσῆς διαδόσεως φιλοκινδύνους τὰς τῶν στρατολογου-
μένων ψυχὰς ἐτεκταίνετο, αἰδοῖ τοῦ μισθώματος τὸ θανατᾶν
παρ' αὐτῶν ἐξωνούμενος. ἔσβεσε τοίνυν τῶν βαρβάρων τὴν λύ-
μην τὸ τῆς τοῦ Καίσαρος μεγαλονοίας φιλότιμον, καὶ χαλινοῦν-
ται μὲν οἱ κίνδυνοι, ἀποφλεγμαίνουσι δὲ τὰ δυσχερῆ, ἀνακό-
πτονται δὲ αἱ κατὰ τὸν πόλεμον συρρεύσασαι συμφοραί, καὶ τὸ
κακὸν ἀθρόᾳ προμηθείᾳ τινὶ ἀπόδημον ἐγνωρίζετο. κατὰ τοῦ-
B τον δῆτα τὸν ἐνιαυτὸν στρατηγὸς προχειρίζεται Ἰουστινιανὸς ὁ
τοῦ Γερμανοῦ υἱός, τοῖς κορυφαιοτάτοις τῶν ἐν τέλει συναρι-
θμούμενος. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς τὴν πάλαι τῶν στρατευμάτων
ἀνάσχετον ἔκταξιν δι' ἐπιμελείας ἠνόρθου, διατυπῶν τὸ ἀτύπω-
τον καὶ μεταπλάττων πρὸς εὐσχημοσύνην τὸ ἄτακτον. ὁ δ' αὐ-

est. (12) ubi imperator conticuit, subditi plausum dederunt, faustaeque acclamationes tanquam irriguus de coelo imber valide diffusae sunt. vere enim honorem illum Caesar Tiberius merebatur; qui creationis augustalis morem tenens, litteras ad regem Persarum mittit. sed veris initio missis legatis petitisque indutiis bellum deprecatur. id erat desiderare rem honestissimam: nihil est enim pace honorabilius apud homines quidem prudentes et conditionis humanae, brevissimorumque spatiorum huius vitae non immemores. delectus interim agebat strenuorum militum, auroque liberaliter distribuendo in eorum animis qui nomina dedissent periculorum despicientiam excitabat, mercedisque reverentia alacritatem moriendi ab ipsis redimebat. Caesaris itaque gloriae studio incensa magnanimitas barbaros iniuriis tam foede inferendis prohibebat, pericula coercebat, odiosa quaeque et gravia imminuebat, calamitates belli tempore confluere solitas retundebat; et omne demum genus incommodorum solida illius providentia exulare cernebatur. eo anno Iustinianus Germani filius, unus de optimatum primoribus, dux deligitur, qui diligentia sua inveteratam exercitus inertiam correxit; quod informe erat, de integro conformavit, quod perturbatum, et confusum, ad de-

τοκράτωρ ἔτι δυνάμεις συνήθροιζε καὶ τὸ συμμαχικὸν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἠρανίζετο, μεγάλαις χρημάτων ἀποβολαῖς τὰς ἐπιβολὰς τῆς παρατάξεως ἀνανταγωνίστους ἐμπορευόμενος· οἶδε γὰρ χρημάτων ὁλκὴ οἰκονομουμένη μετὰ φρονήσεως καὶ τοῖς προσφαλεῖσι τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνάζευξιν πραγματεύεσθαι. ἐπεὶ δ' ὁ καιρὸς τῆς ἐκεχειρίας ἀνάλωτο καὶ ὁ τῆς ἀνακωχῆς ὅρος Ῥωμαίοις C τε καὶ Πέρσαις διέσβεστο, ἀφικνεῖται τὸ Περσικὸν πρὸς ἐχόμενα τοῦ Δάρας, εἰς τοῦτο ἰδόντος τοῦ τὰς στρατηγίδας ἡνίας ἰθύνοντος Ταμχοσρώ, ἀνδρὸς παρὰ Πέρσαις μεγατιμίου. στρατοπεδεύονται δὲ κατ' αὐτὸν καὶ Ῥωμαῖοι πλησίον. τῆς δὲ συμ- V 189 πλοκῆς οὐδετέρα δύναμις γέγονεν ἔξαρχος. ἐπὶ πολὺ δὲ βλεπούσης τε καὶ ἀντιβλεπομένης ἑκατέρας ἰσχύος, εἰς λόγους συμβάσεως ὁρῶσι τὰ μάχιμα. γίνονται τοίνυν σπονδαὶ ἐφ' ᾧ πρὸς τὸ ἕω ἐπὶ χρόνους τρεῖς γαλήνην ἄγειν τὸν πόλεμον καὶ φιλοσοφεῖν τὸ ἀπομαχεῖν, ἐπὶ δὲ τῆς Ἀρμενίας τὴν ἀγωνίαν ἐνδαψιλεύεσθαι. οὐκοῦν ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς Ἀμιδὰν παραμείψας τὴν D πόλιν ἐν τοῖς τῆς Ἀρμενίας στρατοπεδεύεται κλίμασι. συνείπετο δὲ καὶ ὁ Περσῶν βασιλεύς, καὶ σὺν πλήθει πολλῷ τὸν Εὐφράτην διαπορθμεύεται. ὁπηνίκα δ' ἐξάκουστος γέγονε τῷ Ῥωμαϊκῷ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς αὐτουργήσων τὸν πόλεμον, ἔκλυτοι γίνονται τὰς ψυχὰς οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ οὐκ ἄπο τοῦ δέοντος· ἡ γὰρ βασιλικὴ ἐνδημία τὴν τῶν προϋπαρξάντων κληρωσαμένη Πέρσαις ἐπίτευξιν πολλὴν τὴν τῆς ἀδρανικῆς ῥοπὴν τοῖς Ῥωμαίοις παρεῖχετο. διά τοι τοῦτο ἐπί τινος λόφου ὁ τοῦ Ῥωμαϊ-

centem speciem composuit. imperator porro Tiberius adhuc militem et a populis auxilia conquirebat, magnisque pecuniarum impensis efficere conabatur ut suis in hostem incumbentibus nulla vi resisti posset. novit enim grandis pecunia prudenter posita, in quo prius peccatum est, id ad statum meliorem corrigere. postquam ab armis pacta vacatio cessavit et indutiarum tempus exivit, Persae finitima Darae oppidi infestant, ducente eo Tamchosro, viro inter Persas honoratissimo, penes quem exercitus moderamen erat. eodem versus illum Romani castra movent. cumque neutri pugnam ordirentur alterique alteros diu intuerentur, ad extremum ad verba de foedere ineundo ventum est. initur foedus, ita ut Oriens triennium a bello quiete et otio perfruatur, in Armeniam arma effuse transferantur. ergo dux Romanus Amidam urbem praetergressus Armeniae campos ingreditur, quem Persarum rex cum frequentibus copiis secutus, Euphratem eas transducit. ubi Romani regem per se bello praefuturum compererunt, animis ceciderunt, non sane aliter quam decuit. nam cum praesentia illius ad ea quae vellent facile obtinenda Persis multum prodesset, Romanis facultatem quae ipsi optarent efficiendi auferebat. quocirca dux Romanus tumulo conscenso ad circum-

κοῦ στρατηγὸς ἐπιβάς, τό τε ὁπλιτικὸν ἐξ ἐπιπέδου περιστησά-
μενος, τῶνδε τῶν λόγων ἀπήρξατο.
P 79 13. "Ἡ παροῦσα νῦν ἡμέρα, Ῥωμαῖοι, μεγάλων ἡμῖν
ἀγαθῶν ἄρξει, τοῖς ἐμοῖς εἰ πεισθείητε ῥήμασιν. ὁπλίσατέ μοι
τὰς ψυχὰς πρὸ τοῦ σώματος· αἱ καρδίαι πρὸ τῶν χειρῶν πολε-
μείτωσαν. ἕτερος ἑτέρου προκινδυνευέτω, καὶ σώσεσθε. ἄν-
δρες φιλόσοφοι (φιλοσόφους γὰρ ὑμᾶς ἢ στρατιώτας ἀποκαλῶ·
μόνοις γὰρ ὑμῖν ὁ θάνατος ἄσκησις), ἀθάνατον τοῖς βαρβάροις
τὴν προθυμίαν ἐνδείξασθε. ἀκατάπληκτοι γίνεσθε τὰς ψυχάς.
δοκεῖτε βάλλειν ἢ βάλλεσθαι, ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ τῷ σώματι τὰς
B τῶν ἀντιπάλων βολὰς προσιέμενοι. ἔστωσαν μάρτυρες τῆς
ὑμῶν ἀρετῆς οἱ πολέμιοι πίπτοντες· διηγείσθωσαν καὶ τεθνηκό-
τες τὰ τρόπαια. ἄνδρες κοινωνοί, καὶ πόνων ἡμῖν κοινωνοὶ
καὶ κρότων διὰ τὸν πόλεμον, ἀρετῆς καὶ κακίας ἡ συμπλοκὴ κα-
θέστηκε βάσανος, καὶ διαιτητής ἐστι ψυχῶν· ἢ γὰρ τὸ θηλυ-
πρεπὲς τῆς δειλίας ἐξελέγξει, ἢ τῆς εὐτολμίας τὸ ἀρρενωπὸν μετὰ
στεφάνων καὶ θριάμβων λαμπρῶν ἀναγορεύσει τὸ τήμερον. μὴ
πάθητέ τι φιλοσωμάτου ψυχῆς, τὰ νῶτα τοῖς βαρβάροις παρέ-
C χοντες. ὕπνος τίς ἐστιν ὁ γλυκὺς οὗτος καὶ μεμελετημένος ὑμῖν
ὁσημέραι θάνατος· ὕπνος τοῦ μὲν συνήθους τούτου μακρότερος,
πρὸς δὲ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν βραχύτατος. ἀδοξίαν μετὰ σω-
τηρίας, ἄνδρες, αἰσχύνεσθε. τοῦτο θάνατός ἐστιν ἀθάνατος,
καὶ τάφος κακίας μηδέποτε περικαλύπτων τῆς ἀσχημοσύνης τὸν

fusam in plano suorum multitudinem huiuscemodi verbis concionari aggressus est.

13. "Hodierna lux, Romani, eximiorum bonorum principium nobis futura est, si dictis meis obtemperare volueritis. armatote mihi pectora prius quam corpora; animi ante quam manus in hostem pugnent. alter pro altero discrimen ne metuat. quodsi faxitis, vitam incolumitatemque retinebitis. viri philosophi (tales enim vos libentius quam milites appellabo: soli quippe vos mortem meditamini), alacritatem barbaris immortalem ostendite. animos imperterritos gerite. existimate vos dare vulnera, non accipere, velut in corporibus alienis plagas hostium excipientes. illorum strages virtutis vestrae testimonium esto. etiam mortui vestros triumphos praedicent. O socii, laborum, inquam, bellicorum et plausuum socii, virtutis et ignaviae explorator animorumque censor conflictus est. aut enim timiditatem femineam hodiernus dies coarguet, aut viris decoram audaciam cum praemiis ac triumphis illustribus palam demonstrabit. ne de corpore servando laborantes hostibus terga vertite. somnus quidam dulcis haec vobis assiduo meditata mors est. somnus hoc quidem consueto, et quotidiano diuturnior: si ad diem quam expectamus comparetur, brevissimus. cum incolumi corpore ignominiam erubescite. haec enim mors immortalis est, et sepulcrum quoddam ignaviae, nunquam cooperiens eum qui se dedecore contaminavit. cavete

κληρωσάμενον. μὴ ταραττέτω τοὺς ἀριστέας ὑμᾶς ὁ Περσῶν
βασιλεὺς ἀναλκέστατα πλήθη περιποιούμενος, καὶ μεγαλαυχῶν
καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνασπῶν ὑψαυχενιζόμενός τε, καὶ μέχρι τῶν λό-
γων κεκτημένος τὸ φύσημα, οἷον γαῦρον τὸ ἔθνος καὶ σοβαρὸν D
καὶ τῷ κόμπῳ τῆς μεγαληγορίας τὸ κράτος ἐμπορευόμενον. ἀμνη-
μονεῖτε τῶν πρόσθεν ἀτυχημάτων, τῆς ἐπιβολῆς τῶν συμμαχι-
κῶν δυνάμεων λαβόντες ἀνάμνησιν. ἀμνημονεῖτε τῆς πρὶν ἀπο-
τεύξεως, ἣν ὤδινεν ἄνοια στρατηγοῦ, καὶ τῶν ἰθυνομένων ἀτα-
ξία κακῶς ἐμαιεύσατο. οὐδὲν ἀριστεῦσι πέφυκε φοβερόν. τού-
τοις οἷα μὲν χόρτος ἐστὶν ὁ σίδηρος, αἱ δὲ τῶν βελῶν ἀλγηδόνες
ὄρεξις ὑπεκκαίουσα μειζόνων κινδύνων ἐφάπτεσθαι. οὐκοῦν
ἀνιστόρητα τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις φρουρήσατε· ἀμυήτους αὐ-
τοὺς τῶν μεταφρένων ἐνδείξασθε. πηγὰς θριάμβων οἶδε τὰ P 80
τραύματα. δουλαγωγοῦσιν αἱ διαφυγαί, καὶ οὐ σώζουσιν· οὐκ
οἶδε γὰρ κακίας ὑπόθεσις σωτηρίας σώζειν ὑπόσχεσιν. ἀποδύ- V 190
σασθε πρὸ τῶν θωράκων τὰ σώματα, πρὸ τῶν ἀσπίδων τὸ ζῆν.
τοῖς ὅλοις μάχεσθε μέλεσι· μηδὲν ἔστω μέλος τῶν κινδύνων ἀμέ-
τοχον. τῇ συννεύσει τῶν ὅπλων τειχίσατε τὴν παράταξιν, τῇ
συμμίξει τῶν ἵππων τὰς φάλαγγας χαρακώσατε, τῷ συμφώνῳ
τῆς στάσεως στεγανῶν λίθων δίκην οἰκοδομίας ἑαυτοὺς περιφρά-
ξατε. μὴ ἐξαλλέσθω τῆς παλάμης τὰ δόρατα· βάλλετε τῶν βε-
λῶν μὴ στερούμενοι. οὐκ ἔστι Πέρσαις φύσις ἀθάνατος· οὐκ
ἔστι τύχη Μήδοις ἀκίνητος. οὐκ εἰσὶ βαρβάροις χεῖρες ἀκάμα- B
τοι. οὐ πλεονεκτοῦσι Πάρθοι τοῖς μέλεσιν· οὐ διδύμους ἔχουσι

strenuitatem vestram rex Persarum labefactet, qui quas conscripsit copiis imbellissimis sese iactat, supercilium tollit, cervicem erigit, ac verbis tenus insolescit, ut gentis superbia fastuque turgentis inanique magnificorum verborum crepitu potentiam suam venditantis mos est. praeteritos casus obliviscimini; impressiones auxiliariorum recordamini. pristinae infelicitatis memoriam deponite, quam ducis temeritas parturivit, tumultuatio militum quasi quaedam obstetrix eduxit. nihil viris fortibus perhorrescendum accidit, quibus ferrum pro cibo est, et a telis inflicti dolores maiorum discriminum subeundorum desideria incendunt. quapropter curate uti terga vestra hostes ne aspiciant: dorsa vestra iisdem ut mysteria profanis occultate. vulnera sanguine manantia, mihi credite, triumphorum fontes sunt. fuga servitutem, non salutem parit: nescit enim timiditatis argumentum salutis praestare promissum. pro loricis corpora, pro scutis vitam exuite. universis artubus dimicate; membrorum nullum periculo vacet. densatis armis aciem ceu muro communite. equorum constipatione phalangas tanquam vallo cingite. concordi statione ut aedificio e duro lapide vos circumsepite. ne hasta manum fugiat. ne tela non incidentia proiicitote. non est Persarum natura indissolubilis, non fortuna immutabilis, non manus indefessae. non illis

τὰς ψυχάς. οὐκ ἀδαμάντινα τούτοις τὰ σώματα. μυοῦνται καὶ Πέρσαι θανάτου μυστήρια. ἐν τούτῳ δίκαιός ἐστιν ὁ πόλεμος· οὐ γὰρ ἀθανάτους κατὰ θνητῶν ἐπεστράτευσεν. οἱ Ῥωμαῖοι τὴν δίκην ἐμισθώσαντο σύμμαχον, τὴν εἰρήνην καὶ αὖθις ἐπιζητήσαντες. τὸ Μηδικὸν ἀντίθετον ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἐπεστράτευσεν· ἀεὶ γάρ που τὸ εἰρηναῖον βδελύττεται, καὶ οἷα θεὸν ἐπιδέξιον γεραίρει τὸ φιλοπόλεμον. οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐψευσμένη θρησκεία· οὐ νόθους θεοὺς ἡγεμόνας προεστησάμεθα. οὐκ ἔστιν ἡμῖν θεὸς μαστιζόμενος· οὐ γὰρ ἵππον χειροτονοῦμεν
C εἰς λάτρευμα. οὐ προσκυνοῦμεν θεὰν πρὸς τέφραν μετατιθέμενον, σήμερον φλεγόμενον καὶ μετ' ὀλίγον μηδὲ φαινόμενον. οὐ καπνὸς καὶ ὕλη τὴν θεολογίαν συνίστησιν, ὁ δὲ μαρασμὸς τὴν ψευδωνυμίαν διήλεγξεν. κομᾷ ταῖς εὐθυμίαις ὁ βάρβαρος· ἀλλ' οὐκ οἶδεν εὐπραγία μένειν ἐφ' ἑαυτῆς, ἀδίκων βωμῶν ἐπιβαίνουσα. καὶ τὸ μὴ δίκαιον πολλάκις κρατύνεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς φθορὰν μετατίθεται. χωρεῖτε τοιγαροῦν ἀξίως τῆς ὑμετέρας προσηγορίας πρὸς πόλεμον, ἵνα μὴ μετὰ τῶν πραγμάτων ζημιωθῶμεν καὶ τὰ ὀνόματα. μὴ προδῶμεν τὰς συμμάχους
D ἀσπίδας, ἀλλ' ὥσπερ ἐρωμένας τινὰς ὡρικὰς ταύτας περιπτυξώμεθα, καὶ οἷα πατρίδων συνεκδήμων τινῶν τούτων ὑπερμαχήσωμεν. λακωνίσατε συμπλεκόμενοι· ἅπας ἔστω Κυνέγειρος, εἰ καὶ μὴ νηὸς ἐπιβέβηκεν. οὐδὲν τοῦ διαδρᾶναι καθέστηκε θη-

plura membra quam nobis, non duae animae, non corpora adamantina. et ipsi mortis initiati sunt sacris. in hoc certe iustitiam servat bellum, quod non immortales adversum mortales pugnatum mittit. Romani ius fasque pro praesidio asciverunt, rursus pacem desiderantes: Persae ius fasque ipsis contrarium armis oppugnandum susceperunt. semper enim pacificationem exosi, belli studium velut numen sibi propitium venerantur. non commentitiis sacris imbuti sumus, non deos adulterinos praesides nobis delegimus. non adoramus deum qui scutica caeditur: nec enim equum divinis honoribus colendum suffragiis constituimus. non concipimus preces deo qui in cineres redigitur, et modo ardet, paulo post nusqam apparet. haud sane fumo et lignis theologia nostra continetur. ipsa huiusmodi rerum tabefactio atque corruptio, quam falso divinitatis nomine honorentur, declarat. securissimus animi est barbarus: atqui aras impias scandens felicitas consistere nequit. iniustitia robur saepe validum nanciscitur, sed ad extremum languescit atque interit. quamobrem ita ut vestrae appellationi consentaneum est, ad certamen aggredimini, ne et res et nomen ipsum a fortitudine deductum perdamus. ne adiutrices peltas aliquando prodamus, sed ut amicas, aetate et forma florentes amplexemur, ac pro iis non secus quam pro peregrinationis nostrae a solo patrio comitibus dimicemus. Lacedaemoniorum exemplum vobis in acie proponite. unusquisque vestrum Cynegirus fiat,

λυκώτερον, οὐδὲ τοῦ ἁλῶναι πέφυκεν ἀπευκτότερον. οὐκοῦν ἢ τεθνάναι προσήκει ἢ νικηφόρους τὰς ἐλπίδας τεκταίνεσθαι. ἐνοπτρίσασθε τὰς νεοφύτους ἐπιστρατείας τοῦ Καίσαρος. οὐδὲν ἀπόλεκτον τοῖς ἀθροίσμασιν ἐγκατέσπαρται, ἀκηλίδωτός ἐστιν ἡ ἔκταξις· οὕτω γὰρ ηὐδόκησε τὸ τοῦ βασιλέως φιλότιμον. χειρουργήσω τοίνυν ὁ δημηγόρος ἐγὼ πρῶτος τὸν πόλεμον. τὰς πάντων χεῖρας τῇ προθυμίᾳ μισθώσομαι, παθεῖν τὸ μὴ παθεῖν P 81
αἰσχυνόμενος. προκόπτει δέ μοι τῶν ῥημάτων ἡ ἔφεσις, καὶ ἡ πρᾶξις τῆς θεωρίας γίνεται πρόδρομος· οἶδε γὰρ ζέσις ψυχῆς καὶ τοῖς τῆς φύσεως θεσμοῖς ἀντιτάττεσθαι. σήμερον ὑμᾶς στρατολογοῦσιν ἄγγελοι, καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς ἀναγράφονται, οὐ μισθὸν ἰσοστάσιον αὐταῖς παρεχόμενοι, ἀλλ' εἰς τὸ ἀπειροπλάσιον ὑπεραίροντες τῇ ὁλκῇ τοῦ δωρήματος. μηδεὶς φιληδόνος τρυφῆς ὀργίων μετεχέτω πολέμου· μηδεὶς μέγα φρονῶν ἐπὶ κτήμασι κοινωνείτω τοῦ ἐγχειρήματος. ἐραστὰς κινδύνων ζητεῖ τὸ μεταίχμιον. ἄγε δή, πέρας τοῖς λόγοις ἐπιθήσωμεν ἔργοις, καὶ πρὸς παράταξιν τὴν θεωρίαν μετοχετεύσωμεν."

14. Τῶν τοιούτων τοίνυν κατηχηθέντων ταῖς δυνάμεσι B
λόγων, ὀργῶσιν αἱ φάλαγγες πρὸς παράταξιν, καὶ πάντα πα- V 191
θεῖν ἀσμενίζουσι, καὶ προκινδυνεύειν τῆς ἀρετῆς παροτρύνονται· συνδιετίθεντο γὰρ τὰς ψυχὰς ταῖς τοῦ στρατηγοῦ παραινέ-

quamvis, ut ille, navim non invadat. fuga nihil est effeminatius, neque servitute quidquam aversandum magis. ergo restat ut aut morti occumbere aut spem victoria solari oporteat. novas hasce Caesaris Tiberii expeditiones ut in speculo contemplamini: nihil in iis non selectum reperitur; sine labe est exercitus. sic etenim complacitum est novo imperatori, qui id sibi decori futurum existimavit. itaque ego orator vester, princeps praelium ciens, alacritate mea omnium manus quasi mercede pacta ad pugnandum obligabo; et hoc ipsum pudori mihi ducam, si patiar me non pati. plura dicendi desiderio provehor: sed me plura cogitantem dicere actio ipsa antevertens vetat. fervor quippe animi etiam ipsis naturae legibus imperare consuevit. hodie nos angeli in suam militiam conscribunt, oppetentiumque animas in tabulas referunt, non quidem ita praemium par ipsis rependentes, sed magnitudine doni ad innumeros labores perferendos eas exsuscitantes. nemo cui voluptas foeda cordi est, hastam quatiat; nemo deliciarum appetens belli sacris intersit; nemo opibus superbus simul cum caeteris Martem capessat. periculorum contemptores pugna quaerit. verum age, finem orationi factis imponamus, et theoriam ad congressum dimicationemque transferamus."

14. Oratione hac in aures militum illapsa omnium animi ad certamen exardescunt, seseque ad quaevis exhaurienda cupidos atque ad ostentandam in discrimine virtutem concitatos demonstrant, eo scilicet, quo ducis cohortatio vocat, cogitationes et consilia sua accommodantes.

σεσι. τοῦ δὲ Μηδικοῦ ἀκηκοότος τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀλκῆς τὴν προαίρεσιν, εὐθετίζεται πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ κοσμεῖται μὲν ἵππος καπφαλάροις τε καὶ τοῖς θώραξι, σιδηροφορεῖται δὲ καὶ τὸ μάχιμον. ἐπιβάντες τε τῶν ἵππων συμπεφραγμένῃ τάξει τινὶ
C ἐπῄεσαν ἠρέμα Ῥωμαίοις μετὰ σοβαροῦ τοῦ βαδίσματος. τοίνυν καὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ φραξαμένου ἤρθη τὰ σημεῖα. ἀτὰρ περιλαλοῦσιν αἱ σάλπιγγες, ἐς ὕψος ἡ κόνις ἐχόρευεν. ὁ δὲ θρύλλος διεχεῖτο πελαγίζων τὸν χῶρον, καὶ τῷ ψόφῳ κυμαίνων τοῦ χρεμετίσματος τῇ τε δονήσει τῶν ὅπλων περιρρεόμενος ἅπασαν εἰκότως φωνὴν μετέβαλλε πρὸς τὸ ἄναρθρον. τὸ μὲν οὖν βάρβαρον ἐπὶ μήκους διατείνει τὴν τάξιν, φαντασίαν ἀπείρου πλήθους ἐν-
D τεῦθεν οἰόμενον ταῖς ἀντιπαλαμωμέναις ποιεῖσθαι δυνάμεσιν· τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν βαθεῖαν τὴν σύνταξιν ποιησάμενον, πυκνότητι βρίθουσαν, ὡς μόνον οὐχὶ δοκεῖν στερεμνίαν καὶ ἀντίτυπον σιδήρῳ πατταλευθεῖσαν καὶ ἀντικεχαλκευμένην ἑστάναι παράταξιν, δίκην ἀνδριάντων ἀκινήτως ἐχόντων καὶ μόνον τοῖς σχήμασι δοκούντων πολέμων ὀρέγεσθαι, κατέπληττέ τε τῇ θέᾳ τὸ βάρβαρον, ὡς ὑποσαίνεσθαι διὰ τὴν ὄψιν ἐντεῦθεν τὰς τῶν Μήδων ψυχὰς πρὸς τὰ μαλθακώτερα τῆς ἀνανδρίας κινήματα. οἱ μὲν
P 82 οὖν Βαβυλώνιοι κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀθροισμάτων ἐπετοξάζοντο, ὡς τὰς ἡλιακὰς ἀποκρύπτειν ἀκτῖνας τῇ ἐκπομπῇ τῶν βελῶν, καὶ τῇ ῥαγδαίᾳ τῶν δονάκων ἐκχύσει τέγος ὑπόπτερον ἐν τῷ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρι κατεστορέσθαι δοκεῖν, τῇ πτήσει τῶν ἀκοντίων σχεδιαζόμενον. Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς τὴν κατασυστάδην συμπλοκὴν ἐνεχείρησαν, δόρασί τε καὶ ξίφεσι τὸ βάρβαρον ἀμυνόμενοι, τῆς

Persae Romanorum fortiter concurrendi ardorem intelligentes certamini se aptant. et equites quidem galeis ac thoracibus, pedites ferro instruuntur. equestris acies undique communita sensim in Romanos insolentius graditur. Romani contra obarmati signa sustollunt. clangunt tubae, stat pulvere coelum; ingeminat tota regione diffusus clamor immensus, strepituque hinnientium equorum et armorum concussorum sonitu tanquam fluctibus intermistus atque confusus merito auribus articulate percipi nil sinit. barbari suos in longum disponunt, rati hoc modo adversariis multitudinem infinitam visum iri. Romani aciem latam ipsaque densitate firmam struunt, ut tantum non solida ad vim omnem constanter repellendam ferreis fixa clavis et aenea plane acies ex adverso stare crederetur, instar statuarum immobilium soloque habitu et figura Martem spirantium. stupere spectaculo barbari, sic ut hinc motus parum viriles eorum corda sentiscerent. crebras igitur sagittas in Romanos iaciunt, adeo ut coelum umbra obtegeretur, et arundinum effusarum volatu rapidissimo, cristae de galeis subito excussae per aërem ferri cernerentur. Romani cominus pugnare instituentes, hastisque et gladiis

ἐπιφορᾶς τῶν βελῶν τὴν ἐπιβολὴν διατέμνοντες. ἐντεῦθέν τε ἐκλύτους τῶν σοφισμάτων τοὺς ἀντικαθεστῶτας διατιθέμενοι προτερεύουσιν εἰς τὸν πόλεμον. τοιγαροῦν ἀξιολογωτάτης Ῥωμαίοις τε καὶ Πάρθοις γενομένης τῆς μάχης, τῆς τε Περσικῆς B παραλυθείσης ἐκτάξεως διὰ τὸ μὴ πρὸς βάθος συνεστάναι τὸ στῖφος, οὐραγούσης τε δυνάμεως διηπορημένης τῆς Βαβυλωνίας παρασκευῆς, τοῦ ἀντερείδοντος μὴ ὑπόντος, εἶτα ἐπιβριθούσης τῆς ἀντιθέτου δυνάμεως, πρὸς ὄλεθρον εἶδε τὸ βάρβαρον, ἀποκλίνει τε πρὸς φυγήν. καὶ μειοῦνται μὲν Πέρσαι τὰ τῶν ἐναντίων ἐλπίδων, παιδεύονται δὲ τῷ παραδείγματι μὴ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν. οἱ μὲν οὖν Βαβυλώνιοι ᾗ ποδῶν εἶχον ἀπεδίδρασκον ἡττηθέντες, Ῥωμαῖοι δ' ἐχόμενοι τῆς ἐπιθέσεως C τῶν κακῶν τοῖς Πάρθοις πεῖραν ἐδίδοσαν. οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν Περσικὸν ληΐζονται χάρακα, τά τε σκηνοπήγια τοῦ βασιλέως προενομεύσαντο, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν λαφυραγωγοῦνται λαμπρῶς. τῶν τε ἐλεφάντων κρατήσαντες ἅμα τοῖς σκύλοις τοῖς Περσικοῖς παραπέμπουσι πρὸς τὸν Καίσαρα. ἐπεὶ δ' ἡττήθη ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς καὶ τὴν ἀνάζευξιν οἴκαδε ἐπονείδιστον ἐπεποίητο, ἐπὶ τὴν Μελιτηνὴν γεγονὼς ἐνεπίμπρα τὴν ὥραν τοῦ ἄστεος, ἄφρακτον οὖσαν εὑρὼν ἠρεμίας τε πάσης κατάκομον. Εὐφράτην τε διαβὰς διὰ τῆς Ἀρζανηνῆς τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσατο, νόμῳ τὴν αἰσχύνην στηλιτεύσας τοῦ ἀτυχήματος· θεσμοθετεῖ γὰρ μὴ τὰς ἐπὶ πόλεμον ἐξόδους προσήκειν ἐς τὸ λοιπὸν βασιλέα Περσῶν ἐμπορεύεσθαι.

rem gerentes, violentos telorum iactus ab se prohibent: itaque hostium vafritie dissipata priores in pugna partes obtinent. praelio igitur inprimis memorabili inter hasce duas gentes edito, Persicoque agmine, quia quadratum ac densum non erat, disiecto, et extremis non instructis, nec habentibus quo reniterentur atque obsisterent, cum et hostis a fronte vehementius urgeret, videntes iam actum esse, ad fugam efferuntur; ac spe melioris eventus delusa, praesenti exemplo de maleficiis et iniuriis ante illatis non sibi placere discunt. Persae victi superatique, quantum pedibus valent, in fugam se conferunt; quos per vestigia inhaerentes Romani malo mactant. quin etiam castra eorum exinaniunt, et tentorium regis diripientes, omniaque impedimenta libere ac palam auferentes, elephantum ibi repertum cum ornamentis Persicis ad Caesarem mittunt. victus Persarum rex et cum turpitudine abscedens, Melitenen urbem pulcherrimam, custodibus vacantem et quiete securissimam, in itinere incendit, traiectoque Euphrate per Arzanenam regionem reversus, lege lata velut in columna inscriptam cladis suae ignominiam omnibus prodit. tulit autem ut ne quis de caetero Persarum rex Romanis arma inferre vellet.

D 15. Οὕτω μὲν οὖν τῷ νόμῳ θριαμβεύσας ὁ τῶν Περσῶν
V 192 βασιλεὺς τὸ ἀπαίσιον, διηπορεῖτο ὅ τι καὶ πράξειεν. τὸ δὲ Ῥω-
μαϊκὸν ταῖς Περσικαῖς συνεπετίθετο συμφοραῖς, καὶ πρὸς τὰ
ἐνδόμυχα τῆς Βαβυλωνίας ἐχώρησε, κεραΐζεταί τε καὶ περιτέμνε-
ται πάντα τὰ ἐν ποσί, καὶ τὰ ἐντυγχάνοντα τῆς διαφθορᾶς ἐγί-
νετο παρανάλωμα. τῆς τοίνυν Ὑρκανικῆς θαλάττης ἐπιβάται
γενόμενοι, πλεῖστά τε δράσαντες καὶ χειρουργήσαντες τοῖς Πάρ-
θοις ἀπαίσια, εἰς τὴν ἑαυτῶν οὐκ ἀνέζευξαν· χειμῶνος γὰρ ὥρα
P 83 τοῖς πράγμασι συνεχύρησε, καὶ τὰ τῶν ἀτυχημάτων τῇ Περσίδι
κατελιπαίνετο. ἦρος δ' ἐνδημήσαντος ἐπανῆκον Ῥωμαῖοι, ἐπι-
φερόμενοι καὶ τὴν ἀνδραγαθίαν συνέκδημον. οἱ μὲν οὖν Μῆδοι
τὰ συμβεβηκότα φέρειν οὐκ ἔχοντες εἰς τὸν βασιλέα τὸν σφῶν αὐ-
τῶν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐβλασφήμουν ἀσχάλλοντες· παρελύπει
γὰρ αὐτοὺς ἐς τὰ μάλιστα ἡ τοῦ πολέμου τριβὴ καὶ τὰ εἰς ὕστε-
ρον ἐλπιζόμενα δυσχερῆ. οὐ γὰρ ἔχουσι Πέρσαι ἐκ πρυτανείου
σιτήσεις, καθάπερ Ῥωμαῖοι ἰόντες εἰς πόλεμον· ἀλλ' οὐδὲ κατὰ
κώμας τε καὶ ἀγροὺς συναγείρονται· ἀλλ' ἐστὶ νόμος αὐταρκείας
αὐτοῖς τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως κατὰ τὸ εἰωθὸς διανεμόμενα, καὶ
εἰς ὅσα ἀποζῆν οἰκονομοῦσι τὰ παρεχόμενα, καὶ διατρέφεσθαι
B ἐντεῦθεν καταναγκάζονται ἅμα τοῖς κτήνεσι, μέχρις ἂν ὅτου ἐς
τὴν ἀλλοτρίαν ἐμβάλωσι. καὶ οὖν ὁ τοῦ Περσικοῦ βασιλεὺς
τὰς στάσεις τοῦ ὁπλιτικοῦ δεδιὼς διενοήθη ἐς λόγους περὶ τῆς
εἰρήνης κοινολογήσασθαι Τιβερίῳ τῷ Καίσαρι. ὁ δὲ Καῖσαρ
ταῦτα πυθόμενος ἐς διαλλαγὰς προιέναι διέγνω. ἐκπέμπει γοῦν
τοὺς περὶ συμβάσεως λόγους δυνατοὺς καθιδρύσασθαι κεχειροτο-

15. Hac lege infeliciter triumphans Persarum rex, quid consilii caperet nesciebat, cum Romani Persicas calamitates adaugentes ad interiora penetrant, et proxima quaeque devastant ac disperdunt, occurrentiaque disperditionis additamentum faciunt. conscenso porro Hyrcano mari, ubi damna Persis quam plurima dederunt, hieme oppressi in sua non redierunt. Persidis ergo clades cumulabantur. vere ipso Romani comite fortitudine in ditionem suam se recipiunt. Persae eventorum impatientes aperto capite regi suo indignabundi convitiantur, mirifice siquidem eos cruciabat tantum tempus in armis consumptum, et quas adhuc metuebant miseriae cruciabant. nec enim Persae Romanorum instituto e prytaneo annonam capiunt, quoties militatum eunt; neque ex agris et vicis conscribuntur: verum quadam frugalitatis lege apud eos rex illam distribuere solitus est, qua ad vitam quomodocunque sustentandam utuntur. hinc ipsi et iumenta vivere coguntur, donec aliena forte populabundi invaserint. quapropter seditionem a militibus timens Persarum rex cum Tiberio de pace agere decrevit. quo audito Tiberius et ipse ad rerum compositionem descendens legat paci faciendae

νηκῶς πρεσβευτὰς Ἰωάννην καὶ Πέτρον, ἐν τῇ κορυφαίᾳ τῆς συγκλήτου βουλῆς τελοῦντας ἀξίᾳ (πατρίκιοι δ' ἄρα ὄντες ἐτύγχανον), Θεόδωρόν τε τῇ μαγιστερίᾳ ἀρχῇ παρὰ Ῥωμαίοις τιμώμενόν τε καὶ γεραιρόμενον. ναὶ μὴν καὶ Χοσρόης Σαρναχοργάνην, C ἄνδρα τῇ Περσικῇ πολιτείᾳ διὰ τὴν ἀξίαν ἀπόβλεπτον, πρὸς ἑτέροις ἀξιολογωτάτοις ἀνδράσι, τῷ πολέμῳ δι' αὐτῶν παραδοὺς τὴν ἀνάπαυλαν. συστάσης τοίνυν περὶ τὴν Ἀρμενίαν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καρτερᾶς μάχης Ῥωμαίοις τε καὶ Πάρθοις Ταμχοσρῷ ἐφεστηκότος τῆς Βαβυλωνίας δυνάμεως Ἰουστινιανοῦ τε τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξηγουμένου πληθύος, γίνεται κατόπιν τὸ Ῥωμαϊκὸν τῆς προτέρας εὐκλείας. διά τοι τοῦτο ἀπειρήκασι Μῆδοι τῶν εἰρηναίων σπονδῶν, καὶ πάλιν αὐτοῖς ἀναζωπυροῦται τὸ φιλοπόλεμον, μετριοπαθεῖν ἐπὶ τοῖς ἔναγχος οὐ χωρήσαντες ἐπιτεύγμασιν. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις μέχρι λόγων τὰ τοῦ σκοποῦ διανύσαντες χω- D ροῦσι πρὸς τὰ οἴκοι, ὀρφανὰς τὰς πρεσβείας τῆς εἰρήνης καταλείψαντες· Τιβέριος δ' ὁ Καῖσαρ τῶν οὕτω συντετυχηκότων αὐτῷ Μαυρίκιον στρατηγὸν προστησάμενος, τότε δὴ τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ἡγούμενον, ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀρμενίας ἐξέπεμπεν. ὁ δὲ τοῦ βαρβαρικοῦ Σαρναχοργάνης στρατίαρχος, ἔτι τοῦ χρόνου τῶν σπονδῶν ἐνδαψιλευομένου τῶν περὶ τὴν ἕω προελθουσῶν Ῥωμαίοις τε καὶ Μήδοις, παρασπονδήσας κατὰ Κωνσταντίνης καὶ τῆς Θεοδοσίου πόλεως τὸ τάχος ἀπέστελλεν. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς τῶν Χαλδαίων τὴν δύναμιν ἀναλαβόμενος τὰ περὶ τὴν Κωνσταντῖναν καὶ τὴν Θεοδοσίου πόλιν ἐλυμαίνετο. Ταμχοσρῶ τῶν μὲν ἐν Ἀρμενίᾳ Περσικῶν στρατευμάτων τὴν ἡγεμονίαν ἠφίετο, ὅτε που νῦν τὰς συνελθούσας δυνάμεις Ῥω-

idoneos, viros patricios et senatus principes, Ioannem et Petrum, praeterea Theodorum, qui ob dignitatem magistri, quam gerebat, apud Romanos in honore ac veneratione erat. Chosroes item praeter alios amplissimos viros Sarnachorganen inter Persas clarissimum, qui bello pausam darent. per id tempus atroci praelio inter Persas Romanosque, illic Tamchosro, hic Iustiniano duce, in Armenia perpetrato, Romanorumque gloria priore obscurata, Persae recenti fortuna ebrii resuscitata bellandi aviditate foedus recusant. quare legati verborum tenus voti compotes, unde venerant redierunt, legationemque a pace desertam et orbam reliquerunt. Tiberius Caesar in hisce eventibus Mauricium, tum praetorianorum praefectum, praetorem ab se creatum in Armeniam transmittit. Sarnachorganes autem barbarorum ductor foedus super Oriente inter Persas et Romanos in triennium percussum perfidiose rumpit, festinatoque ad Constantinam et Theodosiopolim copias mittit, quae effusa in circuitu populatione omnia miscent. Tamchosro ubi se Romanis multitudine longe inferiorem cognovit, praefectura Persici in

μαίων πολλῷ πλείους τῶν οἰκείων οὔσας διέγνωκε· καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἀπολιπὼν τό τε Κιθαρίζων τὸ Ῥωμαίων φρούριον παραμείψας, ἐπιπίπτει χωρίοις τε καὶ κώμαις πλησίον Ἀμίδης γενόμενος. V 193 P 84 εἶτα διὰ τῆς Ἀρζανηνῆς εἰσβαλὼν ἐχώρει εἰς τὰ οἴκοι. ὁ δὲ Μαυρίκιος ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατηγὸς τοὺς βαρβάρους καταλιπόντας τὴν Ἀρμενίαν θεώμενος τά τε εἰς τὴν ἑῴαν κείρειν διαχειρήσαντας, ἄρας πανστρατιᾷ τῇ Περσῶν ἐνεδήμησε χώρᾳ, θέρμης τε τῷ σώματι ἐπιγενομένης αὐτῷ καρτερῶς εἴχετο τῶν πόνων νοσηλευόμενος. ἐμβαλόντες οὖν τῇ Ἀρζανηνῇ οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ οὐκ ὄντος τοῦ ἀπαμύνοντος, τὸ Ἀφούμων, οὕτω καλούμενον φρούριον, ἐρυμνότατον ὂν παρεστήσαντο, φρούριά τε ἕτερα κατεσκάψαντο ἄττα, φόνον τε πολὺν τῇ Περσῶν πολιτείᾳ ἐνεπορεύσαντο. ζωγρήσαντές τε τοῦ Περσικοῦ ἐνενήκοντα πρὸς ταῖς δέκα χιλιάσι, τούτων τὴν τρίτην ἀπόμοιραν Μαυρικίῳ τῷ Ῥωμαίων στρατηγῷ οἱ τοῦ ὁπλιτικοῦ δωρησάμενοι, οὐκ ἀνήκεστα τοῦ πολέμου τὰ ἐπίχειρα ἐπεποίηντο. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς τῶν ζωγρηθέντων τὴν ἐνδημίαν παρεδήλου τῷ Καίσαρι, ὁ δὲ Καῖσαρ ἀνὰ τὴν Κύπρον τὴν λείαν διέχεεν.

B 16. Οὕτω τοιγαροῦν τῆς Ἀρζανηνῆς ὑπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δόρατος παθούσης κακῶς μεταβαίνει ὁ στρατηγός, καὶ τοῖς τῆς Ἀραβίας χωρίοις ἐνέβαλεν οὐ πόρρω τῆς Νίσιβι ἱδρυμένοις ἐπιτομώτατα. εἶτα μέχρι τοῦ Τίγριδος καταστρεψάμενος ποταμοῦ, ἐς τὸ ἀντιπέρας τὸν Κουρς καὶ τὸν Ῥωμανὸν ἐξεπέμπετο τὴν πολεμίαν ληΐζοντας ἅπασαν· αὐτὸς δὲ τὸ Σιγγαρὼν φρούριον κα-

6. θείρειν IP.

Armenia exercitus dimissa ipsaque Armenia relicta, Citharizum Romanorum arcem praetergressus, locis et vicis iuxta Amidam direptionem infert. deinde per Arzanenam praedabundus domum discedit. Mauricius dux barbaros Armenia egressos et Orientem pervastare aggressos cognoscens, totis copiis in Persidem ruit, et ex calore immodico morbum ac dolorem nactus est. irruptione igitur in Arzanenam facta, Romani, quia deerat qui vim arceret ac propulsaret, Aphumos castellum natura et operibus firmissimum occupant, aliaque insuper castella evertunt, multaque strage in Persas debacchantur, et captis decem millibus ac nonaginta, tertiam partem Mauricio, honesta belli praemia offerunt. de captivis imperatorem Mauricius certiorem facit, a quo per Cyprum distribuuntur.

16. Sic itaque Arzanena Romanorum armis male mulcata, dux inde excedens Arabiae loca, non procul a Nisibi, summo velut compendio incursat. deinde usque ad Tigrim vastitate illata, Cursium et Romanum trans flumen mittit, qui hostium regionem depraedentur, ipse Singaro castello subacto, quoniam hiems appetebat, cum copiis in hiberna

ταστρεψάμενος, ἐπεὶ χειμῶνος ὥρα παρέκυπτε, τὰς δυνάμεις ἀναλαβόμενος τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐνεδήμησε. κατὰ τοῦτον δῆτα C τὸν χρόνον ἀπέσκλη ὑπὸ τῆς νόσου Ἰουστῖνος ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατηγός, μεγάλαις τῶν βεβιωμένων αὐτῷ ἐντετυχηκὼς ἀντιδόσεσιν. ἀπόφοιτος γοῦν τῶν ἐντεῦθεν ὅσον οὔπω γενόμενος, κύριον τῆς μοναρχίας συνίστησι Τιβέριον τὸν αὐτοκράτορα, ἄνδρα πρᾷον ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον, κρείττονά τε λήμματος καὶ χρημάτων ἀφρόντιδα, τοῦτο μόνον εὐδαιμονίαν ἡγούμενον, τὸ τεθηλέναι τε καὶ ἐς μέγα πλούτου κομᾶν τὸ ὑπήκοον, τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων μακαριότητα πάγκαλον καὶ ἀσυλότατον θησαυρὸν D λογιζόμενον· ὃς τὸν ὄγκον τῆς τυραννίδος μισήσας, εἵλετο συμβασιλεύειν αὐτῷ τὸ ὑπήκοον ἢ τοὺς ἰθυνομένους τυραννικώτερον ἀνδραποδίζεσθαι, πατὴρ ἐθέλων ἢ δεσπότης ὑπὸ τῶν ὑπηκόων ἀναγορεύεσθαι. ἐπεὶ δ' ἀκαπηλεύτως αὐτῷ τὸ τῆς ἐξουσίας οἰακίζετο σκάφος, εἰκότως καὶ ὁ πόλεμος μετὰ τῶν πραγμάτων τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴν ἐκληρώσατο.

Ἦρος δ' ἀρχομένου νόσῳ σαγηνευθεὶς Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὸν τῇδε κατεστρέψατο βίον, διάδοχον προστησάμενος Ὁρμίσδαν τὸν υἱόν, ἄνδρα τῇ χαλεπότητι τὴν πατρῴαν ὑπερηκοντικότα τῶν τρόπων ἀνοσιότητα· ἦν γὰρ βίαιός τε καὶ P 85 τοῦ πλείονος ἐραστὴς ἀκόρεστος, ὃς ἐν οὐδεμιᾷ τὸ δίκαιον μοίρᾳ τιθέμενος, ἀπάτῃ τε ἡδόμενος καὶ τῷ ψεύδει περιρρεόμενος, τῶν πολέμων, οὐ τῆς εἰρήνης ἐγλίχετο. δυσμενίστατός τε πρὸς τὸ ὑπήκοον γεγονώς, οὓς μὲν τῶν δυνατωτάτων ποδοκάκῃ καὶ δεσμοῖς ἐς τὸ ἀεὶ καθυπέβαλλεν, οὓς δὲ ξίφει διέτεμνεν,

21. ἀκορέστατος ἐν IP.

concedit. hoc tempore Iustinus Romanorum imperator tabe confectus, moriens, magnam rerum in vita gestarum mercedem est adeptus. iam iam igitur hinc demigraturus, Tiberium Augustum et monarcham declaravit, virum mitem et humanum, a muneribus accipiendis alienum, et vacuitatem a pecuniaria sollicitudine solam felicitatem interpretantem, florereque et crescere opibus subditos, communem hominum beatitudinem honestissimumque et indepraedabilem thesaurum reputantem. qui regni fastum exosus, maluit secum regnare subiectos, quam quibus ipse praeesset, per tyrannicam importunitatem servitute multari, et pater magis a suis civibus quam dominus audire. et quoniam navigium rei publicae animo sincero gubernabat, non iniuria belli melior evasit conditio.

Veris autem principio Chosroes Persarum rex morbo irretitus vitae modum imposuit, Hormisda filio successore appellato, qui morum saevitia paternam impietatem superavit, homo violentus ac furens et inexplebilis avaritiae. qui nullam iusti rationem ducens gaudebat fallaciis et scatebat mendaciis, nec ex pace sed bello voluptatem capiebat. ac

ἐνίους παρέπεμπε ταῖς λαγόσι τοῦ Τίγριδος, καὶ τάφος ἦν ὁ ποταμὸς ἀναμφίαστος· οὐ γὰρ ἀδημοσίευτος ἐτύγχανεν ὢν τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως παραπεμπομένων ἐς θάνατον. χρηματισθῆναι γὰρ τὸν Ὁρμίσδαν διὰ τῶν μάγων φασὶν ὑπὸ τῶν ὑπηκόων B *καταστασιασθέντα ἀποβολὴν τοῦ κράτους ποιήσασθαι, ἐπονειδίστως τε καταθέσθαι τῆς ἐξουσίας ὁμοῦ καὶ τῆς βασιλείας τοὺς οἴακας. δείλαιοι τῆς ἀσεβείας οἱ τούτοις πειθήνιοι· ἃ γὰρ οὐκ ἤμελλε συμβαίνειν ἴσως τοῖς πράγμασι, πολλάκις τερατολογοῦσι δαιμόνια, ἵνα δέει τῆς τούτων προαγορεύσεως σχοίη που πάντως συμπέρασμα τῶν χρησμολογουσῶν ἀνοσίων δυνάμεων τὰ βουλή-* V 194 *ματα τῷ τῆς πονηρίας πανουργικωτάτῳ σοφίσματι. ἐντεῦθεν γὰρ ἐπιτίθησι καὶ πρὸς τὸ πλῆθος αὐτὸ Ὁρμίσδας τὴν μάχαιραν, καὶ διαφθείρας δέει τοῦ μέλλοντος ἐκ τοῦ πλήθους χιλιάδας πολλὰς ἀπεθησαύριζεν ἑαυτῷ παρὰ τῶν ὑπηκόων δυσμένειαν ἀδιάλλακτον. ἀπεδεκάτου δὲ καὶ τὰς στρατιωτικὰς ἐπιδόσεις, καὶ πρὸς κινδύνους μεγάλους χωρεῖν τὸ ὁπλιτικὸν κατηνάγκαζεν, ὅπως τῇ διαφθορᾷ τῆς Βαβυλωνίας δυνάμεως ἀστασίαστον αὐτῷ ὁ* C *βασίλειος θρόνος σχοίη τὴν ἵδρυσιν.* (17) *περιβαλόμενος γοῦν ὁ Ὁρμίσδας τὸ τῶν τυράννων διάδημα περιαυτίζεταί τε καὶ αὐθαδίζεται, καὶ περικείρει τὸ εἰωθός, τὰ τῆς ἀναρρήσεως σήμαντρα ἀποστέλλειν ὥσπερ οὐκ ἀξιῶν Τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ἀποκηρυκεύεται πρὸς Ὁρμίσδαν τὸν πόλεμον, τὴν εἰρήνην ἐν ἴσῃ μοίρᾳ ἑκατέροις γενέσθαι ἐξαιτούμενος·*

malevolentissimus in subditos, potentissimorum quosdam aeternis vinculis ac cippo mandabat, quosdam gladio trucidabat, nonnullos in Tigrim demergebat, eratque sepulcrum fluvius quod non indueretur aut cooperiret: neque enim ab rege iniectos non publicabat. fertur autem Hormisdae responsum ab ariolis, ipsum seditione subiectorum adversus se excitata oppressum imperium amissurum, et cum probro potestatem atque gubernacula regni positurum. miseri et impii mortales, qui his auscultant. quae namque re ipsa forsitan non evenient, saepe ut monstra daemones praedicunt, ut propter huiuscemodi vaticiniorum formidinem consilia improbissimorum spirituum vaferrima calliditate meditata effectum sortiantur. hinc adeo factum ut in vulgus ferro saeviret Hormisdas, et futurorum metu perculsus multisque millibus de populo iugulatis inexpiabile omnium in se odium accenderet. praeterea commeatum restringens, militem ingentia adire pericula compellebat, ut militia Persica attrita et imminuta, thronus sibi regius nulla seditione concussam stabilitatem retineret. (17) suscepto igitur diademate regio Hormisdas superbia et contumacia elatus consuetudinem significandae inaugurationis negligit, ut qui Tiberium honore hoc non dignaretur. Tiberius illi bellum renuntiat, orans uti pax aeque ab utraque parte coleretur. Hormisdas legationem insolenti fastigio aspernatus, aperte Ro-

ὁ δ' ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ καταγαυρούμενος ἠξίου φορολογεῖσθαι ἐς τὸ φανερὸν τοὺς Ῥωμαίους, Ἀρμενίους τε καὶ Ἴβηρας ἐν ὑπηκόοις τελεῖν, Ῥωμαίων τοῦτο παρεχομένων αὐτῷ, τό τε Δάρας μὴ ἐπιζητεῖσθαι λοιπὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, καίτοι Χοσρόου τοῦ πατρὸς ἐπὶ τοῖς ἴσοις βουληθέντος τὰς διαλλαγὰς ἀντιδοῦναι τῷ Καίσαρι, τό τε Δάρας οὐκ ἀπαξιώσαντος ἀποκαταστῆσαι τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς ἀλαζονείας Ὁρμίσδου καταφανῆ Τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι γέγονε, θέρους ἐπιγενομένου πάλιν Μαυρίκιος τὰς δυνάμεις ἀθροίσας ἐνδημεῖ τῇ Περσίδι, ἐς P 86
τὸ ἀντιπέρας τοῦ Τίγριδος Ῥωμανόν τε καὶ Θεοδώρικον, ναὶ μὴν καὶ Μαρτῖνον πεπομφώς, τὰ ἐνδόμυχα τῆς Μηδικῆς κατασκάψοντας. οἱ μὲν οὖν εἰσβαλόντες ἅμα τῷ τοῦ στρατοπέδου πλήθυϊ, καὶ τῶν Περσῶν ληϊσάμενοι τὸ γόνιμόν τε καὶ εὐθαλέστατον, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ θέρους ὥραν τοῖς Περσικοῖς ἐνδιατρίψαντες φόνοις, τὰ τῶν Μήδων ἔκειρόν τε καὶ διωλόθρευον λίαν ἐγκρατῶς. ὁ δὲ Ῥωμαίων ἡγούμενος χειμῶνος ἐπελθόντος εἰς τὴν Καππαδοκῶν Καισάρειαν γίνεται. θέρους δὲ περιιόντος αὖ- B
θις κατὰ τὴν ἑῴαν ἀφίκετο εἴς τε Κιρκήσιον πόλισμα Ῥωμαίων πανστρατιᾷ. εἶτα διὰ τῆς ἐρήμου τὸ λοιπὸν τῆς Ἀραβίας εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἠπείγετο γῆν ἀφικέσθαι, εἶτα τὸν πόλεμον παρακλέψαι τῇ ἀγχινοίᾳ τοῦ ἐγχειρήματος. συνείπετο δὲ τούτῳ ὁ τῶν νομάδων βαρβάρων ἡγούμενος, Ἀλαμούνδαρος ὄνομα αὐτῷ· ὅν φασι κατάδηλον τῷ Περσῶν βασιλεῖ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπιστασίαν ποιήσασθαι· ἀπιστότατον γὰρ καὶ ἀλλοπρόσαλλον τὸ Σαρακηνικὸν φῦλον καθέστηκε, πάγιόν τε τὸν νοῦν καὶ τὴν γνώμην πρὸς τὸ σῶφρον ἱδρυμένην οὐκ ἔχον. καὶ οὖν ἐκ τούτου ὁ C

manos tributa poscit, Armenios et Iberas Romanis annuentibus sibi subiectos cupit; Daram a Tiberio non repeti amplius, tametsi Chosroes pater aequis conditionibus cum Caesare in gratiam redire et Daram imperio Romano restituere non detrectaverit. ubi de arrogantia regis Tiberius comperit, aestate proxima Mauricius contractis iterum copiis Persidem ingressus ex adverso Tigridis castra locat, Romanumque Theodoricum et Martinum ad interiora regni divexanda dimittit. illi florentissimam agrorum copiam et universam aestatis amoenitatem depopulantes, ac caedibus grassantes, Persarum rebus vastitudinem pestiferamque cladem invexerunt. Mauricius sub adventum hiemis Caesaream Cappadociae discedit: aestate sequenti in Orientem rursus et ad Circesium Romanorum oppidum toto cum exercitu advenit. inde per Arabiae solitudinem in Persidem proficisci maturavit, ut sollerti ausu hostes falleret. eum Alamundarus Nomadum barbarorum dux comitatur, quem regi Persarum de Romanorum adventu indicasse perhibent: Saracena quippe natio infidissima iam huic iam illi solet adhaerescere, animumque stabilem

τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐπὶ Καλλίνικον πόλιν τὸν πόλεμον μετεφύτευεν, Ἀδορμαάνην χειροτονήσας τῆς ἐκτάξεως κηδεμόνα οὐκ ἀφυέστατον. ἐπεὶ τοίνυν ὁ Ἀλαμούνδαρος κηφῆνος δίκην τῆς μελίττης τοὺς σίμβλους ἠφάνισεν, εἰπεῖν δὲ ταὐτὸν τὰ Μαυρικίου ἐπίχειρα ἀνετρέψατο, ἀνόνητα γίνεται Ῥωμαίοις τὰ τῆς κατὰ Μήδων ἐπιστρατείας κινήματα· παλινδρομοῦσι γὰρ τὰς οἴκοι συμφορὰς ἀποσβέσοντες. καὶ δῆτα ὁ στρατηγὸς τὰς μὲν σιταγωγοὺς ὁλκάδας, αἳ κατὰ τὸν Εὐφράτην συνείποντο αὐτῷ ποταμόν, φλοξὶ πυρὸς ἀνατέθεικεν· αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἐκκρίτοις τοῦ στρατοπέδου ὡς τάχιστα γίνεται πρὸς τὴν πόλιν Καλλίνικον. εἰς χεῖράς τε τῶν συνταγμάτων γεγονότων τῶν Πάρθων, ὑπεροχὴν τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀπεφέρετο δόρυ. φυγῆς τοίνυν τῶν Περσῶν γενομένης ἀνακωχὴν τὰ τῆς ἐπηρείας ἐλάμβανεν.

D
V 195 18. Τῷ δ' ἐπιόντι ἐνιαυτῷ Ταμχοσρὼ ὁ τοῦ Μηδικοῦ στρατηγὸς μεγάλας τοῦ Περσικοῦ δυνάμεις περιαγόμενος πρὸς τῇ Κωνσταντίνῃ χωρεῖ. καττύεται δῆτα ἐν τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ μέγας καὶ ἐξακουστότατος πόλεμος Ῥωμαίοις τε καὶ Πάρθοις. ὁ μὲν οὖν τοῦ Μηδικοῦ στρατηγὸς ἐν τοῖς πρώτοις τῆς ἀγωνίας γενόμενος τὸν βίον κατέστρεψε δόρατι, πλημμελεῖ δὲ τὸ βάρβαρον καὶ νικῶσι Ῥωμαῖοι. οἱ δὲ βάρβαροι πείθονται ἐς τὴν ἑαυτῶν ἀποκλίνειν, ἅμα τῷ παθεῖν καὶ τὰ τῆς αἰσχύνης οἰκειωσάμενοι. καὶ οὖν ὁ στρατηγὸς τὰ καίρια τῶν ὀχυρωμάτων περι-
P 87 φραξάμενος ἐς Βυζάντιον ἄνεισι. τοῦ κοινοῦ δὲ τέλους συντετυχηκότος Τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς, ὥσπερ

12. ὑπερφέρετο IP.

et voluntatem probitate firmam constantemque minime gerit. tum rex ad urbem Callinicum molem belli transtulerat, et Adormaanem, natura ad id munus aptissimum, ducem creaverat. posteaquam igitur Alamundarus perinde ut fucus aliquis apum cellas depastus est et hoc ipsum nuntiando Mauricii consilia evertit, in nihilum recidit adversus Persas Romanorum expeditio, domesticas siquidem calamitates depulsuri recurrerunt. itaque naves frumentarias se per Euphratem sequentes exussit: ipse cum delectis cohortibus ad oppidum Callinicum properavit, ubi collatis signis res Romana longe superior fuit. quocirca Persis fugientibus hostium impetus conquievit.

18. Anno sequenti Tamchosro Persarum dux ingentes copias Constantinam admovit, quo maximo et fama admodum celebri praelio concursum est. ipse dux in prima acie pugnans occubuit, infeliciterque praeliati barbari Romanis victoriam concesserunt ac domos refugerunt. sic ad acceptam cladem etiam dedecus adiunxerunt. Mauricius, castellis quae munitione egebant communitis, Byzantium revertitur. cumque Tiberio Romanorum imperatori communis omnium huius lucis terminus

ἆθλον ἀριστείας εὐγενῆ καὶ περίδοξον τὸ βασίλειον κράτος ὁ στρατηγὸς ἔννομόν τε περιβάλλεται, καὶ τὴν δευτέραν ἀπημφίαστο τύχην. τὰ μὲν οὖν μετὰ τοῦτο πραχθέντα Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις ἀναγέγραφα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. οὐκοῦν ἰτέον ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῆς διηγήσεως, τὴν ἱστορίαν ἔξω που μικρὸν διαθέουσαν εἰσκυκλήσαντες ἐπὶ τὴν ἀκόλουθον καὶ εὐσύνοπτον νύσσαν, ὅθεν καὶ πρὸς βραχὺ ἀπεκλίναμεν, τὰ περὶ τὸν Βαρὰμ κατ' ἐκεῖνο παρηκολουθηκότα καιροῦ προτιθέντες ἐν μέσῳ. ἀλλ' εἰρήσθω μὲν πρότερον ἥ τε πατρὶς καὶ τὸ γένος Βαρὰμ οἵ τε τῆς B τύχης βαθμοὶ αἵ τε κατ' ὀλίγον πράξεις διὰ βραχέων, ἵνα πάντοθεν ἐναρμόνιον εἴη καὶ ἐντελὲς τὸ περὶ τὴν ἱστορίαν ἀκρόαμα.

Ἤκουσά του λέγοντος ἀνδρὸς Βαβυλωνίου ἱερομνήμονος, μεγίστην ἐμπειρίαν ἀπειληφότος τῆς περὶ τὰς βασιλικὰς διφθέρας ἀναγραφῆς, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀρζανηνῆς οὕτω καλουμένης ὁρμᾶσθαι μοίρας τὸν Βαράμ, οἰκαρχίας δὲ τῆς τοῦ Μιρράμου γεγονέναι τὸν Πέρσην ἐκεῖνον τὸν τύραννον, ὃς ἀφορμὴ τῆς καταλύσεως Ὁρμίσδᾳ τῷ τυράννῳ γεγένηται. δήμοις γὰρ παρὰ τοῖς C Μήδοις ἑπτὰ τῶν πράξεων τὰ ἀγχίνοά τε καὶ τιμιώτατα διανομένοις, νόμῳ πρεσβύτῃ κληροδοτουμένοις, μὴ ἄλλους ἔχειν τὰ πράγματα ἔφασκε, καὶ τὸν μὲν Ἀρταβίδην ἐπιλεγόμενον δῆμον τὴν βασιλείαν κατέχειν, καὶ τοῦτον ἐπιτίθεσθαι τῷ βασιλεῖ τὸ διάδημα, ἕτερον τῆς πολεμικῆς προεστάναι συντάξεως, ἄλλον δὲ τὰς πολιτικὰς περικεῖσθαι φροντίδας, τὸν δὲ ἕτερον τὰς διαφο-

6. nonne εἰσκυκλήσαντας? 23. ἕτερον] immo τέταρτον.

adesset, Mauricius dux nobile inclitum et legitimum virtutis suae praemium, Romanum imperium, adipiscens inferiorem conditionem exuit. iam vero quae post haec inter Romanos Persasque acciderunt, supra a nobis litterarum memoriae commendata sunt. quamobrem ad ea quae a superiore narratione apta videntur regrediendum est, et historia ex mediocri digressione ad consequentem perspectuque facilem scopum reducenda; quaeque illo tempore circa Varamum amplius contigerunt, in medium proferenda. sed ante de patria illius, de genere, de felicitatis gradibus, de his quae paulatim patravit, quo historia undique connexa et absoluta sit, paucis explicemus.

Persam ego quendam a sacrarum memoriarum commentariis et in libris acta regia continentibus exercitatissimum memorantem audivi, Varamum tyrannum illum Persicum, cuius opera Hormisdas tyrannus interiit, in regione Arzanena principe domo Mirrhami oriundum fuisse. rerum enim graviorum et illustrissimarum administrationem apud Persas antiqua lege septem tribubus seu familiis sortito distributam esse, caeteras nihil negotii habere aiebat. familiam Artabisdae cognominatam habere ius regni et regi imponere diadema, aliam praeesse conficiendis exercitibus, aliam rebus urbanis, aliam seditiones et controversias diiu-

ρὰς διαλύειν τῶν περί τι καταστασιαζόντων καὶ διαιτητοῦ δεομένων, τὸν δὲ πέμπτον ἡγεῖσθαι τῆς ἵππου, τὸν δὲ μετὰ τοῦτον φορολογεῖν τὸ ὑπήκοον καὶ τῶν βασιλικῶν ταμείων ἔφορον πεφυ-
D κέναι, τὸν δ' ἕβδομον κηδεμόνα τῶν ὅπλων καὶ τῆς πολεμικῆς ἐσθῆτος ἐπιστατεῖν, Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου τουτονὶ τὸν νόμον ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκτεμενίσαντος. τὸν δὲ Βαρὰμ τῆς τοῦ Μιρράμου οἰκαρχίας γενόμενον, δήμου δ' Ἀρσακίδου, καταλεγῆναί φασιν ἐς τὸ πρότερον τοῖς τοῦ βασιλέως σωματοφύλαξι, μικροῦ δ' ὕστερον στρατιωτικῆς ἴλης ἡγησάμενον συστρατεῦσαι Χοσρόῃ τῷ Καβάδου παιδί, ὁπότε οἱ Βαβυλώνιοι τὸ Δάρας παρεστήσαντο, Ἰουστίνου τοῦ νεωτέρου τὴν Ῥωμαίων σκηπτουχίαν ἐπέχοντος. ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ ἐσβαλὼν ἅμα Χοσρόῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ τῷ πρεσβύτῃ, καὶ εἰς τὰς ἁρμονίας αὐτὰς καὶ κατὰ τοὺς πολέμους ἐπιφανέστατος γεγονώς, στρατηγὸς μετ' οὐ πολὺ καὶ τοῦ Περσικοῦ χειροτονεῖται ἀθροίσματος. οὕτω δὲ κατ' ὀλίγον ἐξαιρούσης τῆς τύχης αὐτὸν ὡς καὶ δαριγμεδοὺμ τῆς βασιλικῆς ἀναδεῖξαι (ἔστι δὲ ὃν δὴ κουροπαλάτην Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν), ἐς μέγα ἀπονοίας ἐλήλακε, καὶ ἐπὶ ταῖς κατὰ Τούρκων νίκαις
P 88 V 196 μεγάλα καὶ ἀκάθεκτα πνέων τὰ τῆς τυραννίδος ὠδίνει κυήματα. ὁ μὲν οὖν ὥσπερ σπινθῆρα ἐν σποδιᾷ τὴν τοῦ βασιλέως Ὁρμίσδου ἀποκρύπτει τῆς λύπης ὑπόθεσιν, τὸ δὲ πλῆθος ἐξέμηνε φενάκῃ συσκευασάμενος ὡς οἷα δὴ κατὰ τοῦ ὁπλιτικοῦ τοῦ Περσῶν χαλεπαίνοντος βασιλέως, καὶ προσαπειλοῦντος καὶ φόνον τοῖς Βαβυλωνίοις στρατεύμασι διὰ τὰ περὶ τὴν Σουανίας τῆς συμπλοκῆς ἀτυχήματα. προσεφέρετο δὲ καὶ ἐπίπλαστα τοῦ Ὁρμίσδα

dicare atque componere, quintam praesidere equitatui, sextam tributa colligere et aerarium regium curare, septimam arma et vestitum militarem providere; et hanc legem inter alias leges regias Darium Hystaspis filium sacrosanctam condidisse. Varamum vero in principe domo Mirrhami, familia autem Arsacidarum procreatum, principio e custodibus sive satellitibus regiis unum fuisse praedicant. paulo post cohortis ducem lectum Chosroae Cabadis filio militasse, cum Persae Daram Iustino iuniore Romani imperii sceptra tenente subigerent. is igitur cum Chosroe seniore in militia versatus, eiusque familiaritate intima et bello clarissimus, non multo post Persici exercitus imperator summus renuntiatur. cumque fortunae favor gradatim ita hominem evexisset ut etiam Darigmedum regiae faceret (quem Romani Curopalatam, hoc est palatii curatorem et praefectum appellant), in magnam prolapsus est vecordiam, ac propter reportatas de Turcis victorias incredibilem in modum sese amans dominatum invasit. velut scintillam igitur sub cinere Hormisdae exagitandi voluntatem occultans, milites veteratorie circumducit atque efferat, quasi rex illis succenseat et mortem minitetur, quia in Suania fusi fu-

προστάγματα, ἀποκολοβοῦντα τὰ κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῖς συντάγμασι [τῶν] ὑπὸ τῶν βασιλικῶν πρυτανείων διανεμόμενα. κἀντεῦθεν παραδριμύττεται ἡ πᾶσα πληθύς, καὶ ἐς ἀνάστατον ἀπροσεξίαν ἐχώρησεν.

gatique sint. profert item commentitia Hormisdae mandata, quibus de annona e regio prytaneo praeberi consueta demi iubebatur. hinc totus exercitus exacerbatus omnia sursum ac deorsum miscuit atque confudit.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΣ Δ'.

THEOPHYLACTI

HISTORIARUM

LIBER IV.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *Varamus contra Hormisdam exercitum colligit. eius promissa illecebrosa. in Chubriadanem inspectorem regium Persarum immanitas. Nisibis diripitur. ibidem de Hormisda regno exuendo coniuratur. legati militum ad Varamum. Zaba fluvius. Varami in legatos benignitas. Hormisdae ex adverso casu ira et insania.* (2) *Varamus per hiemem castella oppugnat. Zadespras peculator carcere solutus ad hostes transfugit. Pherochanes regis dux Varamo cum precibus dona incassum offert. Varami inventum, quo copias adversarias ad se traducit, dum Hormisdam in summum apud eas odium inducit.* (3) *Pherochanes a suis occiditur; eius tentorium diripitur. e militum reliquiis Hormisdas custodes sibi facit. civium per urbes regias super gestis admiratio. Bindoem, virum illustrem, frater e carcere eripit. Hormisdas in regia invaditur. eius ornamenta sumptuosissima. Bindois in illum maledicta. de throno abstractus in vincula datur. Chosroes filius periculi metu fugit: accepta fide in regnum redit. Hormisdas ad principes Persarum de republica dicendi facultatem exorat.* (4) *concio Hormisdae. de iniuria sibi facta expostulat. conditionem pristinam cum praesenti, illius delicias cum huius miseriis et squalore comparat. ingratos et impios in se illorum animos increpat. a tyrannis cavendum monet. Chosroen propter mores sceleratissimos regno excludendum, fratrem creandum statuit. acta sua commendat.* (5) *Bindoes orationem Hormisdae irridet, et in eum ut multimodis sceleratum dirius invehitur. refutat etiam ex quibus sese commendaverat. tandem capite puniendum pronuntiat.* (6) *conventus ira percitus in Hormisdam, ante oculos eius filium necat,*

abstinebat. fluvio superato valloque a Romanis excitato, Priscus, qui sine Comentiolo pugna experiundum non putabat, in insula manebat. barbari Romanis duce destitutis vallum incursant. illi nuntios de periculo suo Viminacium mittunt. Priscus absque Comentiolo aegre se movet: sed barbaris impotenter incumbentibus tandem dat manus, et eo relicto depellendi discriminis curam laboremque capessit, ac vallo succedit. postridie navigia Viminacium reduci imperat, quod metueret ne illis ad ripam dispositis milites crebro ad insulam transmearent, et idcirco imminuto copiarum numero ad vallum tuendum infirmiores redderentur, barbaris autem pugnam urgentibus, Priscus suis edicit ut mane in armis sint, acieque, ut potuit, in tres phalanges distributa, praelium orditur. Romani arcubus carentes cominus hastis rem gerunt, digestisque barbaris per ordines quindecim, ipsis autem timore valli amittendi in unum et eodem versus quadrilatera figura dispositis, atque ita vallum tutum praestantibus, in multas horas concursum; nec ante solis oc-

τὴν ἔκταξιν, ἀσυλίαν ἐντεῦθεν παρεχομένων τῷ χάρακι, ἐπὶ ὥρας πολλὰς ὁ πόλεμος εἶχε τὴν πρόσοδον. ἡλίου δὲ κλίναντος συναπέκλινε καὶ ὁ πόλεμος, καὶ ἦν ἐπιδέξιος αὕτη ἡ τοῦ πολέμου τοῖς Ῥωμαίοις ῥοπή, τριακοσίων τε ἀναιρεθέντων Ῥωμαίων χιλιάδες τέτταρες ἐκ τῶν Ἀβάρων διώλοντο. ἐπιγενομένης οὖν νυκτὸς εἰς τὸν χάρακα οἱ Ῥωμαῖοι ἀνέζευξαν.

3. Τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ὁ βάρβαρος ἕτερον συνεστήσατο C V 276 πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος ὡς οἷόν τε ἦν συντάξας τὸ στράτευμα ἑωθινὸς ἐχώρει πρὸς τὴν παράταξιν. τρεῖς τοίνυν συντάξας δυνάμεις ἐς τὰ μάλιστα τοῖς Ῥωμαίοις εἶτα ἐνεγγύησεν ἐς τὸ καρτερόν, τά τε κέρατα περισχίσαι αὐτίκα, οὕτω τε τοὺς Ἀβάρους εἰσδέξασθαι, ὅπως οἱ βάρβαροι περὶ τὰ κοιλότερα γινομένης τῆς δυνάμεως, καὶ κατειλημμένοι ἐν μέσῳ, περιπέσωσι συμφοραῖς ἀδοκήτοις. τῷ τοιούτῳ τοίνυν τρόπῳ καταστρατη- D γοῦνται οἱ βάρβαροι καὶ ἀναιροῦνται ἐκ τῆς πολεμίας καὶ ἀντιθέτου δυνάμεως χιλιάδες ἐννέα. ἡλίου δὲ δύοντος ἐπὶ τὴν τάφρον τὸ νενικηκὸς ἐπανῆκε. δεκάτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ὁ στρατηγὸς ἠκηκόει ἥκειν αὖθις τὸν βάρβαρον πρὸς παράταξιν. ἡμέρας δὲ λαμπούσης τὸ Ῥωμαϊκὸν καθοπλίσας κοσμίως τε συμφραξάμενος ἐχώρει πρὸς πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος τρισσαῖς αὖθις φάλαγξι τὰς δυνάμεις κατεστρατεύσατο, ὁ δὲ βάρβαρος μίαν συ- P 200 στησάμενος φάλαγγα κατὰ τοῦ Πρίσκου ἐχώρησεν. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος τὴν εὔθετον τῶν τόπων χώραν καταλαβών, τήν τε ῥύμην τοῦ πνεύματος ἔχων συνέριθον, ἀφ' ὕψους τοῖς βαρβάροις

3. συνανεπέκλινε P.

cubitum finis certamini est impositus. pugnatum a Romanis Marte secundissimo: nam ex ipsis trecenti tantum, ex Abaris quatuor millia desiderata sunt. nocte interveniente victores se in castra recipiunt.

3. Die tertio barbarus de integro certamen molitur. Priscus, ut potuit, agmine disposito et instructo surgente iam die ad pugnam procedit. copiis quam potuit bene dispositis ac tripartito divisis, ad fortiter dimicandum omnes impensissime cohortatur, atque ut cornibus diductis Abaros in medium recipiant; ut sic intercepti conclusique cladem improvisam accipiant. hoc igitur modo ab hostibus circumventi perimuntur ad novem millia. exacto die victores intra vallum revertuntur. luce decima nuntiatur duci barbarum velle praelium iterare. itaque postridie ubi diluxit, Priscus Romanis instructis et decenter communitis ad tentandum conflictum progreditur, ac suos iterum in tres phalangas dispertit. barbarus in unum conflatis omnibus in Priscum vadit; qui occupato loco regionis idoneo, magno bellici spiritus impetu e superioribus in barbaros ferebatur, et duobus cornibus, seu a dextris et a si-

ἐνήραξεν, τοῖς δὲ δύο κέρασι κατεπολέμησε τὸ πολέμιον. ἐπεὶ δὲ λίμνη ὑπέστρωτο τοῖς τόποις ἐκείνοις, ἐπὶ τὰ ὕδατα ἐξωθεῖ τὸν βάρβαρον. διὰ τοῦτο περὶ τὸ ῥόθιον ἀποκρουσθέντες οἱ βάρβαροι, καὶ τὴν λίμνην ἀντιμέτωπον δυστυχήσαντες, λίαν σφοδρῶς ἀπεπνίγοντο. πλήθους τοίνυν πολλοῦ κατὰ ταύτην τὴν λίμνην ἀνῃρημένου, τῶν τε παίδων τοῦ Χαγάνου [B] ἀποπνιγέντων αὐτόθι, περιφανεστάτην ὁ Πρίσκος τὴν νίκην ἐνεπορεύσατο. καταφθείρονται τοίνυν περὶ τοῦτον τὸν πόλεμον πεντεκαίδεκα χιλιάδες βαρβάρων. ὁ μὲν οὖν Χαγᾶνος ἐπικινδύνως διασωθεὶς κατὰ τὸν Τισσὸν γίνεται ποταμόν. τριακοστῇ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ὁ βάρβαρος συνέλεξε δύναμιν. ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τέταρτον πόλεμον τὴν ἐπιβολὴν ἐποιεῖτο καὶ τούτων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἠκηκόει, στρατοπεδεύει ὁ Πρίσκος ἐπὶ τὸν Τισσὸν ποταμόν. ὁρίζεται τοιγαροῦν ἑκατέρᾳ δυνάμει ἡμέρα πρὸς πόλεμον. ἐπεὶ δὲ τὸ διωρισμένον πέρας ἐλάμβανεν, ὑπὸ [C] πρώτην ἕω ὁ Πρίσκος ἐναλλὰξ τὰς δυνάμεις συνέταξε, καὶ τὴν μὲν εὐώνυμον φάλαγγα δεξιὰν ἐποιήσατο, τὴν δὲ μέσην εὐώνυμον. ὁ δὲ βάρβαρος δυοκαίδεκα συστήμασιν ἐξοπλίζει τὸν πόλεμον. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι ἡρωϊκώτερον τῆς μάχης ἀντείχοντο, τῇ τοίνυν ἐνστάσει τοὺς βαρβάρους κατεπολέμησαν. καὶ διόλλυται καὶ κατὰ ταύτην τὴν μάχην πλῆθος πολεμίων πολύ. ταύτην τοίνυν τὴν νίκην εὐδοξοτέραν τὸ τῶν Ῥωμαίων ὁπλιτικὸν ἀνεδέξατο. ὁ δὲ Πρίσκος τέσσαρας χιλιάδας συντάξας, τὸν Τισσὸν διανήξασθαι ἐκέλευε καὶ ἀνερευνᾶσθαι τὰ τῶν πολεμίων [D] κινήματα. οἱ μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ ἐκπεμφθέντες τὸν γείτονα ποταμὸν διαπεραιοῦνται. περιτυγχάνουσι τοιγαροῦν

nistris, eos impellebat. et quoniam stagnum locis illis suberat, in undas eos adigebat. quas cum oculis prospicerent et circum eas misere agitarentur, dira in ipsis merte suffecabantur. plurimis igitur, et simul Chagani filiis tali modo summersis, illustrissimam victoriam Priscus retulit: eo enim congressu barbarorum quindecim millia vitam amisere. Chaganus non sine periculo salvus ad Tissum fluvium evasit. die tricesimo barbarus exercitum ad quartum praelium instauravit. quod simulac dux Romanus comperit, et ipse ad Tissum amnem armatus prodiit. ab utrisque communiter dies ad conflictum praestituitur. is postquam illuxit, sub auroram Priscus ordinibus permutatis suos disponit, et sinistram aciem facit dextram, mediam autem sinistram. barbarus suos in duodecim ordines digerit. Romani viriliter et animose certamini insistentes barbaros debellant, magnamque etiam tum multitudinem conficiunt gloriosamque victoriam consequuntur. Priscus quatuor millia ad Tissum vicinum flumen transeundum hostiumque motus et inclinationes exploran-

χωρίοις Γηπαίδων τρισίν. οἱ δὲ βάρβαροι μηδὲν τῶν ἐν τῇ προτεραίᾳ διεγνωκότες συμπόσιόν τε καθίσαντες πανήγυριν ἑώρταζον ἐπιχώριον. τὰς τοίνυν φροντίδας ἀναθέντες τῇ μέθῃ κατεπαννυχίζοντο εὐωχούμενοι. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐπὶ τὸ λεγόμενον λυκόφως, ἔτι λειψάνων ὑπούσης νυκτός, κραιπαλῶσι τοῖς βαρβάροις ἐπίκεινται καὶ μέγιστον ἀπεργάζονται φόνον· ἀναιροῦνται γὰρ βαρβάρων χιλιάδες τριάκοντα. πλείστης τε αἰχμαλωσίας κρατήσαντες τὸν ποταμὸν ἀντενήξαντο, πρός τε τὸν Πρίσκον τὴν προνομὴν διεσώσαντο. ἡμέρα δὲ εἰκοστή, καὶ πάλιν ὁ βάρβα- V 277 ρος περὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν συναγείρει δυνάμεις. διὰ τοῦτο ὁ Πρίσκος παλινοστεῖ περὶ τὸν Τισσὸν τὸν ποταμόν. γίνεται τοιγαροῦν κατὰ τοῦτον τὸν χῶρον μεγίστη καὶ ἀξιολογωτάτη παράταξις. οἱ μὲν οὖν βάρβαροι καταπολεμηθέντες ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐγκρατῶς κατὰ ταύτην δὴ τὴν ἡμέραν ἐπὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ ποταμοῦ ἀποπνίγονται, συναπόλλυνται δὲ τούτοις καὶ Σκλαβηνῶν πλείστη ἀπόμοιρα. ἐζωγρεῖτο δὲ μετὰ τὴν ἧτταν τὸ βάρβαρον, καὶ ἥλωσαν Ἄβαροι μὲν τρισχίλιοι, ἄλλοι δὲ βάρβαροι πρὸς ταῖς τέτρασι χιλιάσι δισχίλιοί τε καὶ διακόσιοι, καὶ Σκλα- P 201 βηνῶν χιλιάδες ὀκτώ. οὕτω μὲν οὖν ζωγρηθέντες δεσμοῖς παρεδίδοντο, ὁ δὲ στρατηγὸς ἐν Τομεῖ τῇ πόλει τοὺς λαφυραγωγηθέντας βαρβάρους ἐξέπεμπε. (4) ὁ δὲ Χαγᾶνος, πρίν τι τὸν αὐτοκράτορα τῶν γεγενημένων ἐν εἰδήσει γενέσθαι, πρέσβεις ἐς Μαυρίκιον ἔπεμψεν, ἀναλαβεῖν τοὺς ζωγρηθέντας πειρώμενος. ὁ δὲ Μαυρίκιος ταῖς ἀπειλαῖς τοῦ βαρβάρου καταπλαγεὶς καὶ τοῖς λόγοις ἀποβουκολούμενος δι' ἐπιστολέως τῷ Πρίσκῳ προσέταξεν ἀποδοῦναι τοὺς ζωγρηθέντας τῷ Χαγάνῳ Ἀβάρους.

das segregat. transeunt, et offendunt Gepidarum villas tres, qui rerum pridie gestarum ignari considentes et compotantes festum patrium magna frequentia celebrabant, omnibusque curis ebrietati dicatis noctem totam in conviviis exigebant. Romani crepusculo noctis, ante exortum solis, barbaros adhuc crapulantes opprimunt, et stragem edunt maximam, tricenorum millium; et cum ingenti praeda repetito fluvio, Prisco eam offerunt. vicesima luce denuo barbarus ad huncce fluvium copias congregat: ibi atrocissimo et in primis memorabili praelio decertatur, in quo barbari, ut paucis dicam, magna virtute victi et aquis summersi sunt; quibuscum etiam Sclavorum pars maxima interiit. servati et capti obtenta victoria Abarum tria millia, aliorum barbarorum sex millia ducenti, Sclavorum octo millia. omnibus iniecta vincula, et in urbem Tomeum a duce missi. (4) Chaganus, priusquam imperator quippiam actorum resciscret, per legatos recuperare captivos studet. Mauricius barbari minis territus et verbis in fraudem inductus, Prisco mandat ut

οὕτω μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Τόμεως ἀπεδίδοντο τῷ Χαγάνῳ οἱ βάρβαροι.

Ὁ δὲ Κομεντίολος ὥσπερ ἀπό τινων ἐνυπνίων μακρῶν μόλις διανήψας ἔδοξεν ἀπηλλάχθαι τῆς νόσου. παραγίνεται τοιγαροῦν εἰς τὰς Νόβας, καὶ συγκαλεσάμενος τῶν ἐγχωρίων τινὰς τὸν ποδηγοῦντα παρ' αὐτῶν ἠξίου ἀναλαβεῖν, ὅπως τὴν λεγομένην C Τραϊανοῦ παροδεύσηται τρίβον· ἠπείγετο γὰρ ἐς Βυζάντιον τὴν χειμέριον ὥραν ποιήσασθαι. οἱ μὲν οὖν ἐγχώριοι ἀπηγόρευον τῷ Κομεντιόλῳ ταύτην δὴ τὴν ἀτραπόν. ἐπὶ τούτῳ μανεὶς δύο τῶν ἀπαγορευόντων ἀπέτεμεν. οἱ μὲν οὖν περὶ τὰς Νόβας ἔφασκον τῷ Κομεντιόλῳ μὴ ἔχειν τὸν ὑποδείξοντα, ὑπεῖναι δὲ ἀπὸ σημείων δέκα καὶ δύο παλαίτατον λίαν γερόντιον, χρόνων πεφυκὸς ἑκατὸν πρὸς τοῖς δεκαδύο· τοῦτον ἐπίστασθαι Τραϊανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν λεγομένην τρίβον κατισχυρίζοντο. γενόμενος τοίνυν κατὰ τὸν χῶρον ἐκεῖνον Κομεντίολος ὁ στρατηγὸς τὸν D πρεσβύτην ἠξίου τῆς ὁδοιπορίας προηγήσασθαι. ὁ δὲ γέρων διηπορεῖτο καὶ ἤσχαλλε, καὶ λίαν χαλεπὸν τὸ ἐγχείρημά τῷ στρατηγῷ προηγόρευε, τήν τε δυσχωρίαν τόν τε χειμῶνα καὶ τὸ τῆς τρίβου ἀνήμερον διεξήρχετο· ὑπεῖναι γὰρ τὴν τρίβον ταύτην ἀδιεξόδευτον ἀπὸ ἐτῶν ἐνενήκοντα. ἀντιτείνει τοίνυν ὁ στρατηγὸς τοῖς τοῦ γέροντος λόγοις. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς χείρονος ἐπιβολῆς ἐκρατέρησεν, ἀπάρχονται τῆς ὁδοιπορίας αἱ τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις. κατὰ ταύτας δὴ τὰς ἡμέρας ἐπεδήμησε μέγα καὶ ἐξαίσιον ψῦχος, καὶ μεγάλου γεγονότος τοῦ κρύους καὶ τῆς τῶν πνευμάτων πικρότητος ἐγκρατῶς ἐγκειμένης ὄλλυνται πολλοὶ τῆς δυ-

captivos Abares reddat. sic barbari Tomeo educti Chagano vivi restituuntur.

Comentiolus quasi diuturno somno vix tandem aliquando experrectus morbum depulisse visus est. Nobas init, convocatisque quibusdam indigenis ducem viae Traiani, quae dicitur, quaerit. festinabat enim Byzantium, ut ibidem hiberna ageret. indigenae hanc ei viam monstrare detrectant. tum ille ira furens duos ex iis obtruncat. hic Nobenses non habere se qui eam viam monstrare possit. abesse autem millibus passuum duodecim silicernium quoddam, natum annos duodecim supra centum: ei notam esse quae Traiani imperatoris via nominetur. eum locum ut attigit Comentiolus, senem orat uti viam ipsis praeeat. senex tergiversari et indignari, et quam operosum negotium tentet, difficultate locorum, asperitate hiemis et incommoditate viae commemorata ostendere. abhinc enim nonaginta annis non esse tritam. dux contradicit. et quia consilium peius vincebat, via illa Romani gradiuntur. per eos dies immane et intolerandum frigus incidit, spirarumtque validissime venti, ita ut multi de exercitu et iumentorum dossuariorum pars bene

νεμέσεως, τῶν τε νωτοφόρων ζώων ἡ πλείστη ἀπόμοιρα. λίαν γοῦν καὶ ἀπευκτῶς ὁ Κομεντίολος ἐπὶ τὴν Φιλίππου ἀφίκετο. τοίνυν ἐκεῖσε τὴν ἅπασαν τοῦ χειμῶνος ὥραν ἐνδιατρίψας ἔαρος P 202 ἀρχομένου ἐς Βυζάντιον παραγίνεται. τῷ δὲ ἐπιόντι θέρει πάλιν στρατηγὸς ὑπὸ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ἀναδείκνυται.

Ἐννεακαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος, οὐδὲν Ῥωμαίοις καὶ βαρβάροις ἐπράχθη. ἔτει δὲ εἰκοστῷ τὸν αὐτάδελφον ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος Πέτρον στρατηγὸν προεστήσατο τῆς Εὐρώπης. πρὸ τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ Θεοδόσιος ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς νυμφίος πομπεύεται, καὶ πρὸς ἔννομον γάμον δίδωσιν αὐτῷ πατὴρ Γερμανοῦ τὸ θυγάτριον, ἀνδρὸς λίαν ἐνδόξου καὶ τῶν ἐς συγκλήτου βουλὴν ἄγαν ἐπιφα- B νοῦς. μετ᾽ ὀλίγας τοίνυν ἡμέρας τοῦ γάμου, ὥρᾳ χειμῶνος, V 278 σιτοδεία τις τοῖς Βυζαντίοις ἐνέσκηψε. τούτου δῆτα τοῦ λιμοῦ γεγονότος, καὶ τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμέρας προελθούσης τῆς γενεθλιακῆς πανηγύρεως τοῦ μεγάλου θεοῦ Ἰησοῦ, ὃν Χριστὸν τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνη γεραίρουσι, καταστασιάζει τὰ πλήθη τοῦ αὐτοκράτορος. εἰώθει δὲ ὁ βασιλεὺς συνεορτάζειν τοῖς δήμοις. τοῦ τοίνυν βασιλέως ἅμα τοῖς ὄχλοις τὰς λιτὰς ποιουμένου, νεωτερίσαντες ἀπὸ τοῦ πλήθους τινὲς ἐς Μαυρίκιον ἐβλασφήμουν καὶ λίθους ἐξέπεμπον κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος. ὁ μὲν C οὖν Μαυρίκιος κελεύει τοῖς σωματοφύλαξιν ἀπειλεῖν ταῖς σιδηραῖς κατὰ τῶν ἐπιόντων κορύναις (ταῦτα δὲ ἄρα τῇ Ῥωμαίων φωνῇ δίστρια λέγεται), μέχρι δὲ τῆς ὑποκρίσεως κελεύει τούτοις τὰς ἐπιφορὰς σχηματίσασθαι· ὁ δὲ Γερμανὸς ὑποκάτω τῆς χλαμύδος καλύψας τὸν Θεοδόσιον διὰ τῶν λεγομένων Ἱλαρᾶς (τόπος δὲ

magna interierit. quamobrem cum diris suorum execrationibus Philippopolim veniens, totam illic hiemem traduxit, et initio veris Byzantium reversus aestate mox sequente rursum dux a Mauricio designatus est.

Anno imperii Mauricii decimo nono nihil inter Romanos, et barbaros gestum est. vicesimo Petrum praetorem Europae declaravit. sed anno priore Theodosio filio imperator, singulari apparatu, legitimo connubio Germani excellentissimi viri et illustrissimi senatoris filiam coniungit. paucis diebus a nuptiis, ipsa hieme, Byzantii ob annonae gravitatem fame laborarunt. cumque iam dies quadragesimus adesset, celebritatis natalium magni dei Iesu Christi, quem gentes universae per orbem terrarum venerantur, plebs seditionem adversus imperatorem incipit. consueverat ille cum populo eum diem in templo peragere. cumque ibi iam sacris precibus distineretur, quidam plebei novarum rerum cupidi eum maledictis lacerant et lapidibus insectantur. Mauricius corporis custodibus mandat uti se invadentes clavis ferreis, quae Romanis distria dicuntur, deterreant, et impetum in eos simulent. Germanus Theodo-

οὗτος τοῦ ἄστεος) ἐκ τῶν λιτανευμάτων ὑπεξαγαγὼν διεσώσατο. D (5) καὶ οὖν ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων διασώζεται, μὴ δεδωκὼς ἐγκοπὴν τῷ λιτανεύματι. εἶτα πρὸς τὸν τῆς θεομήτορος νεὼν παρεγένοντο, ὃν Βλαχέρνας ἀποκαλοῦσι τιμῶντες Βυζάντιοι. τὸ δὲ τέμενος τοῦτο τῶν σεβασμίων λίαν καθέστηκε, θρησκεύεταί τε ὑπὸ τοῦ ἄστεος ἐς τὰ μάλιστα· λέγεται γὰρ περιστόλια τῆς παρθένου Μαρίας, ἣν θεοτόκον κυρίως καὶ μόνην οἱ Ῥωμαῖοι πρεσβεύομεν, ἐν σηκῷ χρυσοπάστῳ ἀποτεθῆναι ἐνταῦθα. ἅπασαν τοιγαροῦν τὴν ἱερὰν μυσταγωγίαν ἐν τούτῳ δὴ τῷ ναῷ κατὰ εἰωθὸς ὁ βασιλεὺς λατρεύσας πρὸς τὰ βασίλεια γίνεται. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τοὺς ἐπισημοτέρους τῶν καταστασιασάν- P 208 των μικροῖς τισὶν αἰκισμοῖς σωφρονίσας ἐξορίζει τοῦ ἄστεος. ἡ δὲ ἐξορία ἀμακροημέρευτος ἦν· θᾶττον γὰρ μεταβαλὼν ὁ βασιλεὺς τὴν λύπην δίδωσιν τοῖς ἐξοριστοῖς ἐξουσίαν ἐπιβαίνειν τοῦ ἄστεος.

Μενοῦνγε ὁ Πέτρος ὁ στρατηγὸς τὰς δυνάμεις ἀθροίσας ἐπὶ τὸν Ἴστρον χωρεῖ καὶ εἰς Παλάστολον ἀφικνεῖται, καὶ χάρακα ποιησάμενος οὕτω τὴν τοῦ θέρους ὥραν διήνυον. μετοπώρου τε ἀρχομένου ἐπὶ τὸ κλίτος τῆς Δαρδανίας ὁ στρατηγὸς ἐνεδήμησεν· ἠκηκόει γὰρ περὶ τοὺς λεγομένους Καταρράκτας ἀθροισθῆναι τῶν βαρβάρων τὰ πλήθη, τόν τε Ἀψὶχ ἐνθαδὶ στρατοπεδεύεσθαι. τοίνυν τῶν Ῥωμαίων γεγονότων αὐτόθι, B Πέτρος ὁ στρατηγὸς πρὸς τὸν Ἀψὶχ τὸν ὑποστράτηγον τῆς Ἀβάρων δυνάμεως ἐδίδου καὶ ἀντελάμβανε λόγους. ὁ δὲ Ἀψὶχ τοὺς λεγομένους Καταρράκτας ἀπὸ Ῥωμαίων ἐνεχείρει δουλώσασθαι. δυσανασχετοῦντος δὲ τοῦ στρατηγοῦ μὴ τοιαύταις συνθήκαις

sium chlamyde sua protectum per Hilaras (locus est urbis) illaesum e templo educit. (5) imperator itaque a satellitibus defensus in sacris perseverat. deinde ad dei genetricis aedem, quam Blachernas populus Byzantinus, apud quem in honore est, vocare solet, confugit. sane templum istuc admodum venerabile a civitate praecipua religione colitur: tenet enim fama quasdam vestes Mariae virginis, quam deiparam proprie et solam nos Romani veneramur, in arcula inaurata ibidem asservari. ubi in hoc templo imperator rei divinae more suo usque ad finem interfuit, regiam repetit. postridie de seditiosis insigniores parcius verberibus emendatos in exilium tradit. id non adeo longum fuit: mox enim dolore posito, eiectis potestatem in urbem redeundi concessit.

Petrus Istrum petens Blastolum venit, ibique castris excitatis aestatem transigit. ineunte autumno in Dardaniae latus sive angulum vadit, audierat siquidem ad Catarrhactas congregari barbarorum multitudinem, et ibi Apsichum tendere. illic cum Apsicho Abarum hypostratego sermonem miscet. Apsichus Catarrhactas Romanis eripere conabatur. duce

ζωπυρεῖν τὴν εἰρήνην, ἑκατέρα διαλύεται δύναμις, καὶ ὁ μὲν Χαγᾶνος ἐπὶ τὴν λεγομένην Κωνσταντιόλαν ἐχώρησεν, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐπὶ τὰς Θρᾳκῴας διατριβὰς ἐπανέζευξαν.

Τοῦ δὲ θέρους ἐπείγοντος, ἀκοὴ γίνεται Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι ὡς ἐπίτηδες ὁ Χαγᾶνος ἀναβολὴν τῷ πολέμῳ παρέσχετο, ὅπως ὑπορεμβομένης τῆς Ῥωμαίων πληθύος ἀθρόᾳ κινήσει τινὶ τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον ἐπισταίη. καὶ οὖν τὴν Ἀδρια- C νοῦ πόλιν καταλιπεῖν τῷ στρατηγῷ ἐγκελεύεται. ὁ μὲν οὖν Πέτρος κατὰ τῆς Σκλαβηνίας πληθύος στρατοπεδεύεσθαι παρεσκεύαζεν, ἔγραψέ τε Βονώσῳ· ἀνὴρ δὲ οὗτος τῶν σωματοφυ- V 279 λάκων τοῦ βασιλέως ἐπιφανής, ὃν σκρίβωνα εἴωθε τὰ πλήθη ἀποκαλεῖν· τοῦτον γὰρ ἐδέησε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διακονεῖσθαι Πέτρῳ τῷ στρατηγῷ. ἡ δὲ τοῦ γράμματος ἀξίωσις ἦν ἐφ' ᾧ τὰς τῶν Ῥωμαίων πορθμίδας χορηγεῖν ταῖς δυνάμεσιν, ὅπως τὸν ποταμὸν διανήξονται. τοῦ δὲ μαχίμου ὁ Πέτρος τὸν Γουνδοῦϊν ὑποστράτηγον προεστήσατο. τοίνυν ὁ Γουνδοῦϊς τὸν ποταμὸν διαβὰς στόματι μαχαίρας πλήθη πολεμίων ἀνεῖλεν, αἰχμαλωσίας δὲ κρατήσας πολλῆς μεγάλην περιβάλλεται εὔκλειαν. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι ἐπανήκειν διὰ τοῦ ποταμοῦ εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐπειρῶντο, ὁ δὲ Γουνδοῦϊς τοῦτο ποιεῖν αὐτοὺς διεκώλυε τέως. ἀτὰρ τὰς Ῥωμαίων ἐφόδους ὁ Χαγᾶνος μεμαθηκὼς τὸν Ἀψὶχ μετὰ στρατοπέδων ἐξέπεμπεν, ὅπως τὸ τῶν Ἄρτων διολέσειεν ἔθνος, ὃ σύμμαχον Ῥωμαίοις ἐτύγχανεν ὄν. (6) τούτων δὴ γιγνομέ- D νων ἀποστατοῦσι τῶν Ἀβάρων πλήθη τινά, αὐτομολεῖν τε τῷ αὐτοκράτορι κατηπείγοντο. ταράττεται οὖν ἐπὶ τῷ ἀκούσματι P 204

6. ὑπορεμβόμενος IP.

aegrius ferente huiuscemodi pactis non posse pacem redintegrari, uterque exercitus inde abscedit, et Chaganus quidem Constantiolam, Romani autem in Thraciam revertuntur.

Aestate iam proxima Mauricius certior fit Chaganum differre pugnam de industria, ut vagantibus Romanorum copiis ac negligentibus improviso Byzantium invadere queat. itaque duci in mandatis dat, Adrianopoli relicta Istrum transeat. Petrus adversus Sclavos expeditionem parat, et Bonoso ex satellitibus imperatoris illustri, quem scribonem vulgo appellitant, et qui tum Petro ministrare debebat, scribens, lembos militibus traiiciendis suppeditari postulat, quibus Gundoin pro hypostratego praeponit. Gundois fluvio transmisso in ore gladii non exiguum barbarorum numerum absumit, ingenti praeda et gloria potitur non mediocri. Romanis per fluvium redire in sedes suas cupientibus Gundois obstat. Chaganus Romanorum impressione intellecta, Apsichum ad Artos Romanorum socios delendos mittit. (6) haec dum fiunt, non pauci Abarum deficientes ad partes imperatoris se adiungere maturant. conturbatus ea

ὁ Χαγᾶνος, καὶ περιδεὴς γεγονὼς πολὺς ἦν ἀντιβολῶν καὶ σοφιστεύων μεθόδους πολλὰς ἀντιμεταστῆσαι τὴν ἀποστατήσασαν δύναμιν.

Ὥρας τοίνυν μετοπωρινῆς ἐνδημούσης, καὶ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ἐνοχλοῦντος τὸν Πέτρον ἐν ταῖς τῶν Σκλαβηνῶν χώραις τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις τὸν τοῦ χειμῶνος ἐνδιατρῖψαι καιρόν, τῶν τε Ῥωμαίων βαρυνομένων ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως βουλῇ διά τε τὴν λείαν αὐτὴν διά τε τὴν τῆς ἵππου ταπείνωσιν, ἔτι γε μὴν καὶ διὰ τὸ πλήθη βαρβάρων περικυμαίνειν τὴν χώραν τὴν ἀντιπέραν τοῦ Ἴστρου, καὶ τοῦ στρατηγοῦ τὸ βασιλικὸν κρατύνοντος πρόσταγμα, στάσις μεγίστη τοῖς στρατεύμασι γίγνεται. B ὁ μὲν οὖν Μαυρίκιος διὰ πυκνῶν συλλαβῶν ἐπετίθετο Πέτρῳ τοῦτο τοὺς Ῥωμαίους ποιήσασθαι, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀντιπερίσταντο πρὸς συντονωτέραν ἀπόφασιν. διὸ τὸν ποταμὸν παροδικῶς διενήξαντο. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, ἀφικνοῦνται ἐν Παλαστόλῳ, μεγίστῳ θυμῷ τὰς ψυχὰς μεθυσθέντες. ὁ δὲ Πέτρος στρατοπεδεύεται ὡς ἀπὸ δέκα σημείων τοῦ χάρακος. καὶ οὖν ὁ στρατηγὸς διαγανακτῶν ταῖς δυνάμεσιν ἐς ἀπόνοιαν ἄλογον ἔβλεπεν, οὐκ ἠξίου τε τῷ ὁπλιτικῷ συναυλίζεσθαι. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ τῷ Γουδοῦϊ ἔφησεν· ἃ δὲ ἔφησε, ταῦτα ἐκεῖνά ἐστι, δόξαι κατ' ὄναρ συλλαβὰς ἐπιπεμφθῆναι αὐτῷ, τὴν δὲ τῆς ἐπιστολῆς C προγραφὴν ἔχειν ἐπὶ λέξεως οὕτως. "ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ ἀληθινὸς θεός, ἡ θεία χάρις, ὁ τῶν ἐκκλησιῶν προεστὼς καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληρῶν, εἰς τὸ πᾶσι συμφέρον προΐστησιν ἐπὶ τοῦ παρόντος τόνδε τῆς νέας δεσπότην." διηπορεῖτο

6. ἐνδιατρίψας IP.

auditione Chaganus et in timorem haud levem coniectus, orare vehementer, et varias secum rationes meditari quibus desertores ad se reduceret.

Ergo autumno adventante, cum Mauricius Petro molestiam exhiberet super copiis in Sclavorum regione per hiemem retinendis, copiae autem inde magnopere abhorrerent tum propter praedae spem exiguam, tum propter equorum paucitatem et barbaricam illorum locorum frequentiam, ipseque dux in imperatoris iussu omnia poneret, seditio maxima exorta est. Mauricius crebris litteris Petrum urget ut ita fiat. Romani acerrime recusant. quocirca flumen ultro traiiciunt, Palastolum veniunt, ira inflammati. Petrus ab iis viginti leucis absens indignatur, atque eorum insania et insolentia irritatus manere cum iis dedignatur. tertio die Gundui narrat per quietem visam sibi epistolam mitti cum hac inscriptione ad verbum. "Dominus noster Iesus Christus, verus deus, divina gratia, qui ecclesiis praesidet et quae desunt supplet, ad omnium utilitatem in praesens hunc novae (Romae) dominum praeficit." haere-

τοίνυν ὁ Πέτρος καὶ ἤσχαλλεν, ἠδημόνει τε καὶ ἐστροβεῖτο, περικυκώμενος πάντοθεν, τίνες εἴησαν ἂν αἱ τῶν φανέντων ἐνυπνίων ἐκβάσεις. ὁ μὲν οὖν Γουδοῦϊς καταπλαγεὶς ἐπί τε τῷ ταράχῳ τοῦ πλήθους ἐπί τε ταῖς τῶν ὀνείρων ἐκφάσεσιν ἀφωνίᾳ κατείχετο. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μεταποιοῦσιν αἱ δυνάμεις τὸν χάρακα, καὶ τὰ Ἄσημα παραμείψαντες (φρούριον δὲ τοῦτο) γίνονται ἐν D Καρίσκᾳ, ὅθεν διαπορθμεύσασθαι ἔμελλον εἰς τὰς τῶν βαρβάρων σκηνώσεις· ἦσαν γάρ τι μικρὸν μεταβεβληκότες τὸ φρύαγμα. ἐν ταύταις γοῦν ταῖς ἡμέραις ἐναυπηγοῦντο ἀγγεῖα. καὶ τούτου δὴ γιγνομένου ὑετοὶ ἐπιπίπτουσιν λάβροι, συνεπιτίθεται δὲ καὶ ψύχους ἐπιβουλή. ταύτῃ δῆτα ἐπιστασιάζει τὸ πλῆθος, μὴ βουλόμενον διανήξασθαι. πέμπουσι τοίνυν πρὸς τὸν Πέτρον εἴκοσι σημεῖα ἀπῳκισμένον τοῦ χάρακος πρέσβεις οἱ Ῥωμαῖοι ὀκτώ, ἐξ ὧν ἐτύγχανεν ὢν καὶ Φωκᾶς ὁ χαλεπώτατος τύραννος. ἡ δὲ ἀξίωσις ἦν οἴκαδε τὴν δύναμιν ἀναζεύξασαν τῇ τοῦ χειμῶνος ὥρᾳ ἐγκαρτερεῖν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἐπώχλει δι᾽ ἐπιστολέως τὸν Πέτρον, τὸν ποταμὸν διαπεραιωσάμενον τὰς δυνάμεις τῆς τῶν βαρβάρων γῆς ἐπιβῆναι, τάς τε στρατοπέδων ἀποτροφὰς αὐτόθεν τοὺς Ῥωμαίους ἀρύσασθαι, ἐγκοπήν τε δημοσίων σιτήσεων ἐντεῦθεν τῷ πρυτανείῳ παρέχεσθαι. (7) ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς P 205 V 280 τοὺς πρέσβεις εἰσκαλεσάμενος κατεπήγγελτο τῇ ἐς αὔριον ὡς αὐτοὺς ἀφικνεῖσθαι λύσιν τε τῆς δυσφορίας παρέχεσθαι. μεταστειλάμενος τοιγαροῦν τὸν Γουδοῦϊν ἔφη πρὸς αὐτὸν τὰ τῶν ἠθυμηκότων προσρήματα. "ἀμφίκρημνά μοι τῶν κινδύνων καθέστηκε· δυσδιεξόδευτον τὸ τοῦ βασιλέως καθέστηκε πρόσταγμα.

bat igitur incertus, et tristabatur et angebatur et cruciabatur, perturbatus undique, quisnam huius visi per somnium futurus esset exitus. Gunduis et tumultu exercitus et dubio somniorum eventu obstupefactus nequit vocem edere. postero die castra movet exercitus, praetereuntesque Asema (castelli nomen est) Cariscam veniunt, unde in barbarorum domicilia irrupturi erant: paululum quippe de ferocia remiserant. per illos igitur dies naves compinguntur. interea cum imbribus maximis frigus ingruit. tali impedimento obiecto nolentes traiicere, ad Petrum leucis viginti, ut dictum est, distantem a castris, legatos mittunt octo, e quibus etiam erat Phocas tyrannus immitissimus. petebant autem ut liceret in hiberna domum redire. at imperator per tabellarium Petrum extimulat ut traiectis copiis barbarorum regionem incurset, quo inde alimentis in militem comparatis, ipse e prytaneo annonam praebere ne cogeretur. (7) dux legatis accersitis, die sequenti ad eos se venturum missionemque daturum pollicetur. et arcessito Gundui his eum verbis cum animi desperatione alloquitur. "utrinque mihi propositum est periculum. difficile est exequi quod mandat imperator; et reniti ac repu-

καὶ τὸ ἀντιτείνειν ἀδύνατον, καὶ τὸ μὴ πειθαρχεῖν χαλεπώτερον. οὐδὲν ὠδίνει καλὸν τρόπος φιλάργυρος· ἀκρόπολις τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία καθέστηκεν. ὑπὸ τοῦ τοιούτου πάθους ὁ αὐτοκρά- B τωρ νοσηλευόμενος τάχα ἂν ποτε θυμὸν ὀλέσῃ, ἵνα καί τινι ἔπει τῆς Ὁμηρικῆς τραγῳδίας καρυκεύσω τὸν λόγον. αὕτη ἡ ἡμέρα πολλῶν κακῶν ἄρξει Ῥωμαίοις. οἶδα καὶ πείθομαι." ἐπίδακρυς τοίνυν ὁ Πέτρος γενόμενος, ἐγκοπήν τε τῷ λόγῳ διὰ τὸ δάκρυον ποιησάμενος, γίγνεται πλησίον τοῦ χάρακος. τῇ οὖν ὑστεραίᾳ ἀθροίζει τοὺς ταξιάρχας τῆς πάσης δυνάμεως, τό τε τοῦ βασιλέως αὐτοῖς παρεδήλωσε γράμμα. οἱ δὲ ἡγεμόνες τῶν ὁπλιτικῶν συνταγμάτων ἔφησαν τῷ στρατηγῷ μὴ ἐθέλειν τὸ μάχιμον ἐς τὸ ἀντιπέραν τὰς διαβάσεις ποιήσασθαι, τὰς αἰτίας ἐν ἐκθέσεως μοίρᾳ ποιούμενοι. ἐπεὶ δὲ ὁ Πέτρος ἀντιπρώρους τοῖς C ὄχλοις ἐποιεῖτο τοὺς λόγους λαῖλαψ μεγίστη θυμοῦ τοῖς στρατοπέδοις ἐνέσκηψε. διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις τοῦ χάρακος ἀποκλίνασαι κατὰ μόνας ἐκκλησίαν συνήθροισαν. τοῦτο οἱ ἡγεμόνες τοῦ ὁπλιτικοῦ θεασάμενοι ἀποκλίνουσιν εἰς φυγὴν καὶ πρὸς Πέτρον τὸν στρατηγὸν παραγίνονται. ἑτέραν δὲ καὶ τῇ ἐς ὕστερον ἐκκλησίαν πεποιηκότα τὰ πλήθη ἔξαρχον τὸν ἑκατόνταρχον Φωκᾶν προεστήσαντο, ἐπὶ ἀσπίδος τε εἰς ὕψος ἐξάραντες εὐφήμουν ἐκ- D τόπως τὴν ἀναγόρευσιν. τούτων ὁ Πέτρος ἀκηκοὼς εἰς ἀπόδρασιν τὰς φροντίδας μετέθηκε, καὶ δῆλά τε τὰ συμβεβηκότα ἐπεποίητο Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι.

Ὁ μὲν οὖν Μαυρίκιος τὸν ἀπαίσιον ἄγγελον εἰσκαλεσάμενος εἰς τὰ βασίλεια, ἐν παραβύστῳ τῶν ἐπηκολουθηκότων ἐποιεῖτο

gnare impossibile, et obtemperare durum atque acerbum. nihil boni parit avaritia; arx malorum est avaritia. hic morbus imperatorem invasit, ob quem anima fortasse aliquando carebit, ut versiculo e tragoedia Homerica orationem condiam. hic dies Romanis multarum miseriarum afferet initium. scio, constanterque credo." cum his dictis sermonem lacrimis se profundentibus abrumpit, et ad castra profectus luce altera omnibus centurionibus congregatis imperatoris ad se litteras demonstrat. illi milites nolle Istrum traiicere affirmant, et causas exponunt. quoniam autem Petrus in sententia permanens nihilominus se multitudini opponebat, atrox irarum procella in exercitum incubuit. quamobrem castris excedentes seorsum in concilium coeunt. quo viso duces ad Petrum aufugiunt. postridie rursum coeuntes exarchum Phocam centurionem sibi praeficiunt, eumque supra scutum alte sublatum faustis gratulationibus prosequuntur. his auditis Petrus fugae se commisit, quaeque acciderant, Mauricio imperatori renuntiavit.

Qui infaustum nuntium in regiam vocatum in abdito de iis quae evenerant sigillatim percunctatur. deinde cum anxiis curis trepidaret et

τὰς πεύσεις. εἶτα ταῖς μερίμναις ἐσφάδαζεν, ἀμηχανία δὲ αὐ-
τῷ περιέρρει πολλή. ὅμως ὑποκρύπτει τῶν ἀκουσμάτων τὴν
ἄφιξιν, ἱππικούς τε ἀγῶνας συνετέλει συχνοὺς ἀποπροσποιήσει
τινὶ ὡς ἐξουθενῶν τὰ τῶν νεωτερισάντων μελετήματα. τοῖς δὲ
δήμοις ἐδήλου διὰ κηρύκων παρὰ τὸ στάδιον ὑπὸ ἀλόγου ἀκοσμίας
στρατιωτῶν μὴ ταράττεσθαι. οἱ μὲν οὖν τοῦ κυαναυγοῦς χρώ- P 206
ματος ἐρασταὶ μετ' ᾠδῆς ἀνεβόων πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ταῦτα
(καὶ αὐτῆς γὰρ τῆς ἐπὶ λέξεως συνθήκης ποιησώμεθα μνήμην)
"ὁ θεός, αὐτοκράτωρ, ὁ κελεύσας σε βασιλεύειν, ὑποτάξοι σοι
πάντα τὰ πολεμοῦντα τῇ βασιλείᾳ. εἰ δὲ Ῥωμαῖός ἐστιν, εὐερ-
γέτει, ἀγνώμονά τε εἰς δουλείαν σου τοῦτον ὑποτάξεις χωρὶς αἵ-
ματος." τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ τοὺς δημάρχους ὁ αὐτοκράτωρ
εἰσκαλεσάμενος πρὸς τὰ βασίλεια, οὓς διοικητὰς τῶν δήμων εἴω-
θεν τὸ πλῆθος ἀποκαλεῖν, (ὀνόματα δὲ τούτοις Σέργιος καὶ
Κοσμᾶς) ἐπυνθάνετο τῶν δημοτευόντων ἐπὶ λεπτοῦ τὸν ἀριθμόν.
ὁ μὲν οὖν Σέργιος ἐν χάρτῃ τὴν σύνταξιν τῶν ἐραστῶν τοῦ χλοά- B
ζοντος ἐνεχάραξε χρώματος, πεντακοσίους πρὸς τοῖς χιλίοις τυγ-
χάνοντας, ὁ δὲ Κοσμᾶς τοὺς τῆς ἀντιθέτου αἱρέσεως ἑκατον-
τάδας ἐννέα συντέταχεν· εἰς δύο γὰρ χρωμάτων ἐφέσεις τὰ τῶν
Ῥωμαίων καταπέπτωκε πλήθη. ἐντεῦθεν μέγιστα κακὰ τῷ βίῳ
εἰσήρρησε· κατὰ μικρὸν γὰρ τῆς λυσσώδους ταύτης αὐξανομένης
μανίας τὰ Ῥωμαίων διώλοντα πράγματα.

8. Ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ἥκειν ἀκούσας τὸν τύραννον C V 281
πρέσβεις ἐξέπεμψεν, ὑπομαραίνειν ὥσπερ τὰ τῆς συμφορᾶς ἐγ-

10. τὰ deest IP.

quid consilii caperet prorsus nesciret, nihilo secius tamen audita dissimulans, ludorum equestrium spectaculis crebro dat operam, simulatque se conatus istorum res novas molientium pro nihilo putare. populum autem voce praeconum in circo monet ne quid ipse ex temeraria militum seditione turbetur. qui igitur Venetae factionis erant, ita ad verbum imperatori accinebant. "deus, imperator, cuius iussu imperas, omnes imperio tuo adversantes tibi subiiciat. quodsi Romanus est, illi benefac, et improbum in potestatem tuam rediges citra sanguinem." die quarto tribunis, quos populi administratores vulgus nominare solet, ad se in palatium accitis, Sergio, inquam, et Cosma, popularium numerum subtiliter exquirit. Sergius in charta numerum Prasinorum exaratum tradit mille quingentos, Cosmas contrariae factionis nongentos. duorum quippe colorum, caerulei et viridis, factionibus dedita erat populi multitudo, unde mala gravissima in vitam importata sunt: sensim enim aucta hac rabiosa insania res Romanae pessum iverunt.

8. Imperator appropinquare tyrannum audiens, veluti calamitatem allevaturus, legatos mittit. qua re tyrannus insolescit et honoribus novis

χειρῶν. ὅθε τύραννος ἐπὶ τούτοις ὑψαυχενίζεται καὶ ἐπὶ τῷ νεωτερισμῷ καταμαίνεται, ἀπράκτους τε τοὺς πρέσβεις ἐξέπεμπεν. ὁ δὲ Μαυρίκιος περιφρουρεῖν τοῖς δήμοις τὰ Θεοδοσίου τείχη προστάττει, ἃ δείμασθαι λόγος πρεσβύτης ἐρεῖ τὸν Ἀρκαδίου τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδόσιον παῖδα. πρὸ τούτων τοίνυν ἡμερῶν ὀλίγων Γερμανὸς (κηδεστὴς γὰρ οὗτος Θεοδοσίου τοῦ D παιδὸς τοῦ αὐτοκράτορος) ἱππάζεσθαί τε καὶ ξυνωρικεύεσθαι τὸν Μαυρικίου τοῦ Καίσαρος υἱὸν ἀναλαμβάνει ἐς Καλλικράτειαν· χῶρος γὰρ πρὸ τοῦ ἄστεος οὗτος, λίαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ὡρικός. ὁ μὲν οὖν Μαυρίκιος παρασκευὴν βασιλικὴν Θεοδοσίῳ δίδωσι τῷ παιδί. τοῦ δὲ νέου κυνηγετοῦντος ἀπεριμερίμνως καὶ λίαν ἐπαγωγότερον, παραγίνεται πρέσβυς ὡς αὐτὸν ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων μαχίμου δυνάμεως, ἐπιστολήν τε ἐγγεγραμμένην ὑπὸ τοῦ ὁπλιτικοῦ παρέχων Θεοδοσίῳ τῷ παιδὶ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος. ἡ δὲ ἀξίωσις ἦν ἢ αὐτὸν Θεοδόσιον τὴν ἡγεμονίαν τοῦ κράτους ἀναλαβεῖν ἢ Γερμανῷ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἐμπορπήσασθαι δύναμιν· μηδὲ γὰρ ἔτι ἀνέχεσθαι ὑπὸ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτο-P 207 ρος Ῥωμαίων δυνάμεις ἰθύνεσθαι. γίνεται τοίνυν ταῦτα κατάδηλα Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἐπεὶ ταῦτα ἐπέπυστο, μετάγει διὰ γραμμάτων ὡς αὐτὸν παραυτίκα τὸν παῖδα. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ περίλυπος ὢν προστάττει ὁ αὐτοκράτωρ Κομεντιόλῳ ἐπιστατεῖν τοῖς περιφρουροῦσι τὰ τοῦ ἄστεος τείχη. τῇ τοίνυν ἐπαύριον ὑπὸ πρώτην ἕω εἰσαγώγιμον τὸν Γερμανὸν ὁ Μαυρίκιος ποιεῖται πρὸς τὰ βασίλεια, καὶ περίδακρυς γεγονὼς τούτων τῶν κακῶν ἔφη τὸν Γερμανὸν πεφυκέναι ὑπόθεσιν. ἦν

21. δὲ] γὰρ IP.

insanit, legatos sine responso dimittit. Mauricius moenia Theodosiana a populo custodiri iubet, quae quidem Theodosium Arcadii imperatoris filium construxisse vetus fama loquitur. paucis ante diebus Germanus, Theodosii filii imperatoris socer, generum suum Callicrateam (locus est ante urbem, perquam, ut verbo complectar omnia, amoenus ac speciosus) equis et vehiculis in venatione se oblectaturum educit, Mauricio apparatum suppeditante. dum iuvenis omni cura expeditus multa cum voluptate venatum exercet, adest ab exercitu legatus, atque ab eo scriptam epistolam ei porrigit, qua petebatur ut aut ipse imperii principatum susciperet aut Germano eundem cederet: militem enim Romanum Mauricii imperia de caetero neutiquam passurum. Mauricius his compertis per litteras ad se filium repente advocat. postero die incredibiliter moestus Comentiolo urbis murorum custodiam commendat. die sequenti bene mane Germanum in palatium accersit, et multis cum lacrimis ipsum horum malorum caput et causam asserit. huius suspicionis

δὲ τῆς ὑπονοίας ταύτης τεκμήριον τὸ δι᾽ ἐπιστολέως τὰς δυνάμεις τὸν Γερμανὸν ἐθέλειν βασιλέα ποιήσασθαι, εἶτα τοῦ τετυραννηκότος πλήθους ἅπασαν τὴν ἵππον τὴν πρὸ τοῦ ἄστεος νε- B μομένην καταπρονομεύσαντος τὴν Γερμανοῦ ἵππον μόνην ἀδιάσπαστον τηρηθῆναι. ἱκανῶς τοίνυν τοῦ Γερμανοῦ ἀπολελογημένου τῷ αὐτοκράτορι, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως λύπην μὴ κατευνάζοντος, ὥς ἐν τέλει λέγουσι τὸν Μαυρίκιον φῆσαι "φείδου, Γερμανέ, τοῦ μηκύνειν τὸν λόγον· οὐδὲν ἡδύτερον τοῦ διὰ ξίφους τεθνάναι." ἐπὶ τούτοις ὁ αὐτοκράτωρ ἐπιτείνας τὸ βάδισμα μεθίσταται τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένου σεκρέτου. ἐπεὶ δὲ ὁ τοῦ αὐτοκράτορος παῖς Θεοδόσιος παρειστήκει χαλεπαίνοντι τῷ αὐτοκράτορι, ᾤκτειρε τὸν κηδεστὴν κινδυνεύοντα, καὶ μικρὸν τῆς οἰκείας στάσεως διεξελθὼν ἐξιόντι τῷ Γερμανῷ ἐν ἀποκρύφοις κατεψιθύρισεν, "ἀπόδρα τοῦτον" φήσας, "ὦ ἄνθρωπε· C θάνατος ἡ ζημία σοι γίνεται." ὁ μὲν οὖν Γερμανὸς διὰ τῆς λεωφόρου, ἣν μέσην τὰ πλήθη κατονομάζουσιν, ἐς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἐγένετο, τῷ δὲ δειλιναίῳ καιρῷ τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς ἑαυτοῦ συναθροισάμενος τῷ ἱερῷ τεμένει τῆς θεομήτορος προσπέλασεν, ὃ Κῦρον τὸν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ αὐτοκράτορος γεγονότα δείμασθαι λόγος καθέστηκεν ἀψευδής. οὗτος δὲ ἐς ὑπάτων ἀξίαν τὸ τηνικαῦτα ἀναβεβήκει καιροῦ. τοῦτον ἄνδρα ἀγαθὸν ἐς τὰ μάλιστα γεγονέναι φασί, καὶ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν λόγων σώφρονι μανίᾳ τινὶ ἐπεφύκει. ἡλίου δὲ κλίναντος ἠκηκόει D Μαυρίκιος τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου κάτοχον τὸν Γερμανὸν γεγονέναι. διὰ τοῦτο Στέφανον τὸν παιδαγωγὸν τῶν ἑαυτοῦ

duo erant argumenta, quod exercitus eum per litteras ad imperium capessendum invitarat, et quod tyranni copiae, cum, quidquid equorum ante urbem pasceret, abegissent, eius duntaxat equis pepercerant. cum pro se Germanus abunde respondisset, nec tamen imperator dolorem lenire potuisset, ad extremum adiecisse Mauricium aiunt "parce, Germane, plura loqui: nihil iucundius quam per gladium emori." post haec secreto, ut Romani appellant, egreditur. quoniam autem Theodosius irato patri aderat, soceri in discrimen dati misericordia captus, paulum de loco secutus, exeunti in aurem insusurrat, fugeret hunc virum (imperatorem), ni occidi vellet. Germanus via publica, quam plebs mediam nominat, domum suam concedit. vesperi coactis satellitibus suis sacrum deiparae templum petit, quod a Cyro Theodosii temporibus esse conditum fama non falsa praedicat. hic tum in consulatus gradum ascenderat; feruntque fuisse virum insigni probitate, liberaliumque disciplinarum cum modesta quadam insania cupidissimum. diei crepusculo cognoscit Mauricius Germanum cornua altaris apprehendisse. quare Stephanum eunuchum, filiorum suorum paedagogum, hominem nobilem

V 282 παίδων (εὐνοῦχος δὲ οὗτος τῶν ἐπιφανῶν τοῦ βασιλέως καὶ λίαν περίδοξος τοῖς ἀνακτόροις) πρὸς τὸν Γερμανὸν ἀφικέσθαι προσέταξεν, ὅπως πειθοῖ ὑπεξαγάγοι τῶν ἱερῶν περιβόλων ἐκεῖνον. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Γερμανὸν ὡς εἶδον τὸν τοῦ βασιλέως εὐνοῦχον ὑπεξαγαγεῖν τοῦτον ἐθέλοντα τοῦ τῆς θεομήτορος ἱεροῦ, ἀντικαταστάντες ἐξωθοῦσι τὸν Στέφανον, αἰσχίστοις αὐτὸν περιβάλλοντες ὀνείδεσι. νυκτὸς δὲ γεγονυίας ὑπεξέρχεται τοῦ τεμένους ὁ Γερμανός, καὶ πρὸς τὸ μέγα τῆς πόλεως ἱερὸν μετεφοίτησε, τὸ ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος λίαν φιλοτίμως καὶ πολυτελῶς ἱδρυμένον· τοῦτο καλοῦσιν ἐκκλησίαν μεγάλην οἱ Βυζάντιοι. ὁ μὲν οὖν Μαυρίκιος ῥάβδῳ ἐμαστίγου τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Θεοδόσιον· ἔφασκε γὰρ τὸ ἀπόρρητον εἰς Γερμανὸν ἐκεῖνον
P 208 μεταγαγεῖν. (9) τούτων δὴ πραττομένων, οἱ Ῥωμαῖοι τῆς ὁδοιπορίας ἐχόμενοι Βυζάντιον τὰς ὁρμὰς ἐπιτείνουσιν. ὁ δὲ Γερμανὸς ὁπλίταις συμπεφραγμένος ἀπρὶξ εἴχετο τοῦ ἱεροῦ. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ πλῆθος τῶν σωματοφυλάκων ἐξέπεμψεν, ὑπεξαγαγεῖν τοῦ ναοῦ τὸν Γερμανὸν ὀρεγόμενος. ἐντεῦθεν θυμὸς μέγας τῇ πόλει ἐνέσκηψε. πείθεται τοίνυν ὁ Γερμανὸς τοῦ τεμένους ὑπεξελθεῖν. τὸ τοίνυν πλῆθος τῆς πόλεως ἀθροισθὲν περὶ τὰ προαύλια γίνεται τοῦ ἱεροῦ, καί τις ἀνήρ, Ἀνδρέας ὄνομα αὐτῷ, τῶν περὶ τὰς ἱερὰς ἀπασχολουμένων λιτάς, μεγίστῃ φωνῇ κέκραγε "παλινδρόμει πρὸς τὸ ἱερόν, Γερμανέ· τὴν σεαυτοῦ
B σῶζε ψυχήν· θάνατός σοι τὸ ἐπαγόμενον." καὶ πείθει τὸν Γερμανὸν μεταφοιτῆσαι πάλιν πρὸς τὰ ἐνδόμυχα τοῦ ναοῦ. τὰ δὲ πλήθη συρρεύσαντα ἐβλασφήμουν εἰς τὸν αὐτοκράτορα, καὶ μεγίσταις ὕβρεσι τὸν Μαυρίκιον ἔβαλλον, τῷ δὲ τῶν Μαρκιανι-

et inter aulicos imprimis conspicuum, eum convenire et persuasum e sacris septis educere iubet. comites Germani videntes quid eunuchus conaretur, resistunt, ipsumque conviciis turpissimis opertum templo expellunt. noctu Germanus se subducit, et in amplissimum urbis templum, a Iustiniano imperatore admodum ambitiose ac sumptuose exaedificatum, quam Byzantii ecclesiam magnam vocitant, porro transit. Mauricius Theodosium fustibus accipit, quod ei arcana sua aperuisset. (9) his ad hunc modum procedentibus, Romani iter aggressi cupiditatem Byzantium intendunt. Germanus armatis septus, templo fixus adhaeret. imperator complures de excubitoribus suis ad eum educendum mittit; unde civitatem ira pervadit. flexus tamen Germanus exire instituit. tum plebs urbana aedis vestibula concursat, et Andreas quidam, sacris precibus in ea vacare solitus, voce altissima exclamat "recurre in templum, Germane; conserva vitam tuam: exitium tibi suadetur." quibus vocibus obsequens in abditiora aedis gradum revocat. tum vulgus coitione facta probris imperatorem lacerat, exquisitisque contumeliis in eum debaccha-

στῶν καταλόγῳ συνέταττον· αἵρεσις δὲ αὕτη μετά τινος μωρᾶς
εὐλαβείας εὐήθης τε καὶ καταγέλαστος. σφριγῶντος τοιγαροῦν
τοῦ ταράχου, οἱ τὰ τείχη διαφρουροῦντες δημόται τούτων ἀκη-
κοότες, τῇ φρουρᾷ χαίρειν εἰπόντες ἀναμίγνυνται τῷ λαῷ τῷ
στασιάζοντι. πανταχοῦ τοιγαροῦν τῇ πόλει περικυμαίνοντος τοῦ
κακοῦ, ἀλογίστῳ ὁρμῇ καταμανῶς τὰ πλήθη τὴν οἰκίαν Κων-
σταντίνου τοῦ λεγομένου Λαρδῦ τῷ παμφάγῳ πυρὶ καταφλέγου- C
σιν. ἀνὴρ δὲ οὗτος ἐτύγχανεν ὢν τῶν ἐς συγκλήτου βουλὴν ἐπι-
φανέστατος, τήν τε τῶν πατρικίων ἀξίαν περιεβέβλητο οὗτος,
καὶ τὴν ἡγεμονίαν τῶν φόρων τῆς ἑῴας πρό τινος καιροῦ ὑπὸ
τοῦ αὐτοκράτορος ἀπειλήφει, ὃν ἔπαρχον πραιτωρίων εἰώθασιν
ὀνομάζειν Ῥωμαῖοι. τοῦτον ὁ Μαυρίκιος ἐν τοῖς προτερεύουσι
τῶν ἀρχόντων ἐκέκτητο. τοιγαροῦν μεσούσης νυκτὸς τὴν βασί-
λειον στολὴν ἀποδυσάμενος, τήν τε ὑπηρέτιν ὁλκάδα παραστη-
σάμενος (δρόμωνα δὲ ταύτην εἰώθασι τὰ πλήθη ἀποκαλεῖν) καὶ D
χρήματα ἐς αὐτὴν ἐκβαλὼν ἅμα τῷ γυναίῳ καὶ τοῖς παισὶν ἐπ'
αὐτῆς ἐπιβαίνει, τόν τε Κωνσταντῖνον ἀναλαβὼν πρὸς ἀπόδρα-
σιν εἶδεν. τὰ δὲ πλήθη ἐπὶ τὴν τυραννίδα κατολισθήσαντα κα-
τεπαννυχίζοντο τοῖς κακοῖς, καὶ ἐς τὸν Μαυρίκιον ἐρραψῴδουν
μεθ' ὕβρεως ᾄσματα. ἐπέσκωπτόν τε καὶ τὸν ἱεράρχην τὸ τη-
νικαῦτα καιροῦ, ὃν πατριάρχην σύνηθες Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν·
Κυριακὸς ὄνομα αὐτῷ. τῷ ὄντι γὰρ τὸ πλῆθος ἀπαίδευτον καὶ
πρὸς τὸ χεῖρον ταῖς τροπαῖς ἐμμανές, δυσνουθέτητόν τε καὶ τοῦ
συνοίσοντος λίαν ἀμύητον. λαίλαπος τοιγαροῦν γεγονυίας με- P 209

tur, et Marcionistis aggregat; quae est haeresis cum quadam fatua religione stolida et deridicula. fervente igitur tumultu, plebeii, qui muros custodiebant, his auditis, deserta custodia tumultuantibus sese immiscent. itaque malis urbem undique instar fluctuum inundantibus, plebeia multitudo caeco impetu et furore incitata Constantini Lardys aedes igne iniecto perdit. erat hic vir e senatu illustrissimus et patricia dignitate cohonestatus; et antea tributis Orientalibus recipiendis (quem praefectum praetorio Romani nominare solent) ab imperatore praepositus, et inter primos principes habitus. in hoc rerum statu Mauricius medio noctis vestem augustalem exuens et privatam induens, dromone, ut vocatur, conscenso et grandi pecunia illata, una cum uxore liberisque et Constantino fugam inivit. cui vulgus, ut tyranno, tota nocte male dicere non cessavit, cantilenis etiam in eum per contumeliam compositis. scommatis item in Cyriacum hierarcham sive patriarcham, ut Romanis appellare mos est, insultabant. sane multitudo popularis imperita est, et rebus mutatis deteriora furiose complectens admonitiones respuit; et quid conducibile sit, prorsus non intelligit. procella igitur notis immane

γίστης, ἐξαισίου τε νότου προσπνεύσαντος, μόλις ὁ Μαυρίκιος διασώζεται ἐπὶ τὸν νεὼν Αὐτονόμου τοῦ μάρτυρος, ὡς ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα τῆς πόλεως Κωνσταντίνου τοῦ αὐτοκράτορος. ἐπιγίνονται δὲ αὐτῷ νόσοι ἀρθρίτιδες. ταύτης
V 283 δὲ τῆς νόσου ἀσθένεια καθέστηκε δυστυχὴς τοῖς τὸ βασίλειον ἄστυ κατοικοῦσι διὰ παντός· τὰς δὲ αἰτίας οὐ δίειμι, ἵνα μὴ τὴν ἱστορίαν παραμορφώσωμαι. τότε Μαυρίκιος ἐξαποστέλλει
B τὸν Θεοδόσιον ὡς τὸν Χοσρόην γενέσθαι καὶ περὶ συμμαχίας καθικετεῦσαι τὸν βάρβαρον, ἀναμιμνήσκειν τε καὶ ὅσα περ αὐτῷ δυστυχήσαντι Μαυρίκιος διελύσατο, ἀξιοῦν τε ἀμοιβαίαν τὴν χάριν ἀντιταλαντεύεσθαι, ὅλης ὁμοῦ τῆς οἰκίας ἐν μεγίστῳ καταπεπτωκυίας κινδύνῳ. ὑπεδείκνυε δὲ καὶ τὸν δακτύλιον ὁ Μαυρίκιος, παρενεγγύα τε μηδαμῶς ποιήσασθαι τὴν ἀνάζευξιν, εἰ μή πού γε αὖθις θεάσοιτο τὸν δακτύλιον. οὕτω μὲν οὖν ὁ Θεοδόσιος ἐπὶ τὴν Νίκαιαν γίνεται. ἀλλὰ καὶ συνέκδημος γίνε-
C ται αὐτῷ Κωνσταντῖνος, ὃν τὰ πλήθη Λαρδὺν κατωνόμαζον.

Κατὰ ταύτην τὴν νύκτα ἀνὴρ δημότης ἐπίσημος (Ἑβδομίτης δὲ ἦν αὐτῷ τὸ ἐπώνυμον) καὶ ἕτεροι τοῦ χλοάζοντος χρώματος ἐρασταὶ τὰς πύλας τοῦ τείχους ἀναπετάσαντες πρὸς τὸν τύραννον παραγίνονται. ὁ δὲ Γερμανὸς ἐς βασιλείας καταπεπτωκὼς ἔρωτα, καὶ Θεόδωρον (σιλεντιαρίου δὲ οὗτος στρατεύματι
D ἐκεκόσμητο) πρὸς τὸν Σέργιον ἔπεμπε (κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ οὗτος ὁ Σέργιος δήμαρχος ἐτύγχανεν ὢν τῆς Πρασίνων πληθύος), καὶ ἠξίου ὑπὸ τοῦ δήμου τὸν βασιλικὸν ἀναδήσασθαι στέφανον

frementibus excitata, Mauricius aegre ad aedem martyris Autonomi vivus evadit; qui locus Cpoli circiter centum et quinquaginta stadiis abest. praeterea articulorum doloribus corripitur; cuius morbi misera imbecillitas urbem imperialem incolentibus semper infesta est. causas disserere nolo, ne quid historiae facies immutetur. mittitur a Mauricio ad Chosroen Theodosius, qui et auxilium supplex roget, et regem commonefaciat quantum durissimis temporibus suis praesidium ab eo auxiliumque senserit, tantorumque beneficiorum remunerationem aliquam postulet, quandoquidem cum universa domo in extremum praecipitatus sit discrimen. ostendit porro annulum, cohortando ne ullo modo redeat, nisi eundem rursus conspexerit. sic Theodosius Nicaeam defertur, quem Constantinus Lardys comitatur.

Eadem nocte vir plebeius et egregius, cognomento Hebdomites, aliique Prasinae factionis moenibus egressi ad tyrannum se conferunt. caeterum Germanus regnandi desiderio incensus Theodorum Silentiarii honore ab exercitu donatum ad Sergium, qui per id tempus Prasinorum tribunum agebat, rogatum mittit, ut eius opera certis conditionibus et pactis, quae simul scripta mittebat, liceret sibi a populo diadema im-

ἐπὶ συνθήκαις τισὶ καὶ ὁμολογίαις ἐγγράφοις. ὁ μὲν οὖν Σέργιος ἐξ ἑωθινοῦ πρὸς τοὺς κορυφαιοτέρους τοῦ δήμου τοὺς λόγους τοῦ Γερμανοῦ μετωχέτευσεν. δυσανασχετοῦσι τοίνυν οἱ λεγόμενοι Πράσινοι, καὶ τὴν ἀξίωσιν ἀποπέμπονται, φάσκοντες "οὐκ ἂν μεταβολὴν τῆς αἱρέσεως ὁ Γερμανὸς ποιήσηται πώποτε, οὔτε μεταθήσοι τὸ δόγμα διὰ τὸ ἐς ἄγαν ἐμπαθῶς διακεῖσθαι περὶ τὴν τῶν λεγομένων Βενέτων προσπάθειαν." οὕτω μὲν οὖν οἱ Πράσινοι τοῦ Γερμανοῦ τὰς ἐλπίδας ὠβέλισαν· ἐπεὶ δὲ ὁ Γερμανὸς διητύχησε τοῦ βουλήματος, περὶ τὴν τοῦ τυράννου μετεχώρησεν εὔνοιαν, καὶ προσκυνεῖ πρὸς ὃν ἡ τύχη ὡς ἔπος εἰπεῖν μεταβέβηκεν.

10. Οἱ δὲ Πράσινοι εἰς τὸ λεγόμενον Ῥήγιον γίνονται, P 210
καὶ ταῖς εὐφημίαις τὸν τύραννον μεγαλύνουσι, καὶ πείθουσιν ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ (τόπος δὲ οὗτος τοῦ ἄστεος ἀπὸ σημείων ἑπτὰ) τὸν Φωκᾶν ἀφικέσθαι. κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν ὁ τύραννος τὸν ἀσηκρήτοις Θεόδωρον, τῶν βασιλικῶν ταχυγράφων ἄνδρα ἐπίσημον, ἐν τῇ λεγομένῃ ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ ἐκπέπομφεν, ὅπως οἱ Βυζάντιοι λαοὶ τὸν ἱεράρχην τήν τε σύγκλητον ἀναλαβόμενοι ὡς αὐτὸν παραγένωνται. ὁ μὲν οὖν Θεόδωρος ἀφικόμενος ἐπὶ τὸ μέγα τέμενος τῆς πόλεως τὸ ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος ἱδρυμένον, ἀνεὶς ἐπὶ τῶν βημάτων τῶν ὑψηλῶν (ἄμβωνα ταῦτα τὰ πλήθη ἀποκαλεῖ) τὸ τοῦ τυράννου πρόσταγμα B
τῷ λαῷ μεταδίδωσι. πάντων τοιγαροῦν γενομένων πρὸς τὸν Καλυδώνιον τύραννον, τὸν τῆς σώφρονος ἁλουργίδος ἀσελγέστατον Κένταυρον (πρέπει γὰρ οὕτω τὸν Φωκᾶν ὀνομάζεσθαι), ἐδο-

peratorium consequi. Sergius prima luce ad populi primores de Germani petitione refert. Prasini moleste ferunt, petitioneque reiecta Germanum nunquam factionem permutaturum neque a placito suo discessurum autumant, quia Venetae factioni modis omnibus sit deditissimus. sic Prasini spes Germani confoderunt. qui, postquam res secus ivit quam voluisset, ad tyranni amicitiam conversus, cui fortunam videbat propitiam, ut verbo dicam, eum adoravit.

10. Prasini Rhegium venientes tyrannum faustis acclamationibus beant, auctoresque illi sunt ut in Septimum (locus ab urbe septem millibus abest) progrediatur. eodem die tyrannus Theodorum a secretis, inter celeres scribas seu actuarios imperatoris virum clarissimum, in magnam, ut dicitur, ecclesiam populum Byzantium una cum hierarcha et senatu ad se vocatum mittit. Theodorus templum urbis amplissimum a Iustiniano Augusto constructum ingressus, excelsos gradus sive ambonem vulgo dictum ascendit, tyranni mandatum palam edictat. universis igitur profectis ad tyrannum Calydonium, ad Centaurum in modesta purpura protervissimum (his quippe nominibus Phocam par est afficere),



ξεν ὁ μιξοβάρβαρος τύραννος κατειρωνευόμενος Γερμανὸν ἀνα-
γορεύειν ἐθέλειν. τῶν τοίνυν δήμων κατευφημούντων τὸν τύ-
ραννον, καὶ πάντων τῆς μεταβολῆς γλιχομένων, ἀναγορεύεται
τὸ κακόν, καὶ κύριος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται,
καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαιμονίας ἡ συμφορά, καὶ λαμβάνει τὴν ἔναρ-
ξιν τὰ μεγάλα καὶ ἐπίσημα τῶν Ῥωμαίων ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀτυχή-
C ματα. περιβάλλεται τοίνυν τὸν βασίλειον στέφανον ὁ πα-
λαμναῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐν τῷ νεῷ τοῦ προφήτου καὶ βαπτιστοῦ
V 284 Ἰωάννου. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἐπιβαίνει τῆς πόλεως, ἐφιζάνων ἁρ-
μαμάξης βασιλικῆς. οὕτω μὲν οὖν ἐπιφανῆ καὶ περίδοξον τὴν
εἴσοδον ἐπὶ τὰ βασίλεια τεθρίππῳ λευκῇ ὁ τύραννος ἐποιήσατο,
καὶ οἷα νεφέλην χρυσῆν ὑετίζουσαν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ἐκ-
πομπὴν τοῖς ἐντυγχάνουσι κατομβρίσατο. πολλοὶ δὲ παρὰ τῶν
δήμων κρότοι εὐχαί τε καὶ εὐφημίαι τοῖς ὠσὶ τοῦ τυράννου περιε-
D κέχυντο. ἐπεὶ δ᾽ εἰσήρρησεν εἰς τὰ βασίλεια, πανηγυρίζει τὰ
πλήθη, ἱππικοῖς ἀγῶσι τὴν δυστυχῆ ταύτην ἀναγόρευσιν ἑορτά-
ζοντα. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἐπιβατήρια τῶν σκήπτρων τοῖς στρατεύ-
μασι δῶρα παρείχετο. ὑπῆν δὲ τῷ τυράννῳ καὶ γύναιον (Λεον-
τία ὄνομα αὐτῷ)· ταύτῃ στέφανον βασίλειον περιτίθησιν. ἐπεὶ
δὲ καὶ πομπαῖς εἴθισται τοῖς αὐτοκράτορσι τοὺς ὁμοζύγους ἀνα-
γορεύειν, ἐπιφανῶς τιμήσας τὸ ἔθος ὁ τύραννος τὴν Λεοντίαν
P 211 βασίλισσαν ἠξίου θριαμβεύειν. γίνεται τοίνυν κατὰ ταύτην τὴν
ἡμέραν τοῖς δημοτικοῖς περὶ τῆς στάσεως ἅμιλλα. ἦν γὰρ αὐ-

13. ἐκτυγχάνουσι IP.

visus est semibarbarus et simulavit se velle Germanum imperatorem declarare. sed enim populo illi applaudente omnibusque res novas exposcentibus, promulgatur pestis illa, et sceptri dominus tyrannus deligitur, obtinetque felicitatem calamitas, et ingentia atque insignia Romanorum detrimenta, ut summatim dicam, procedere incipiunt. itaque corona in aede Ioannis Baptistae et Prophetae homo consceleratus induitur; ac postridie imperatorio in curru, quadrigis albis, splendida et magnifica pompa urbem et palatium init, e thesauris imperatoriis, velut ex aurea nube passim imbrem spargens aureum. multis tum populi plausibus, multis complurium votis et gratulationibus eius aures circumsonuerunt. fit concursus ad regiam, equestria certamina instituuntnr, et infelicis huius creationis dies festus agitatur. postridie propter initum imperium congiarium dat militibus. habebat uxorem vocabulo Leontiam tyrannus: huius caput corona imperatoria cingit. quia vero imperatores coniuges suas publice et solenni cum apparatu Augustas pronuntiare consueverant, consuetudinem eam tyrannus insigniter colens Leontiae pompam ac triumphum parandum iudicavit; quo die populares de loco stationis liti-

τοῖς ἡ περὶ τῶν τόπων θέσις ἐπίμαχος· τῶν Πρασίνων γὰρ ἐθελόντων ἐν τῷ λεγομένῳ Ἀμπελίῳ (προαύλιον δὲ τοῦτο τῆς βασιλέως οἰκίας) τὴν στάσιν ποιήσασθαι καὶ τὴν βασιλίδα τοῖς εἰωθόσι κρότοις ὑμνεῖν, ὁ τῶν Βενέτων δῆμος ἀντέλεγεν· ἔδοξε γὰρ αὐτοῖς ἄηθες τοῦτο πεφυκέναι καὶ ξένον. μεγίστου τοιγαροῦν γενομένου ταράχου, τὸν Ἀλέξανδρον εἰσπέμπει ὁ τύραννος κατευνάσαι τῶν ἀμφισβητουμένων τὴν ἔριν. ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἀλέξανδρος ἀνὴρ πονηρός, τῶν καταστασιασάντων Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος λίαν ἐπίσημος. ὁ μὲν οὖν Κοσμᾶς ὁ τὴν δημαρχικὴν B περικείμενος ἐπιστασίαν Ἀλεξάνδρου τοῖς λόγοις ἀντέτεινεν. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος γαῦρον καὶ τυραννικὸν κεκτημένος τόλμην ὕβρισιν ἔβαλλε τὸν Κοσμᾶν, εἶτα καὶ χεῖρα ἐπὶ τὸ στέρνον ἐπιβαλὼν τοῦτον ἐξώθησεν· ὁ δὲ Κοσμᾶς ὑπὸ τῆς ὠθήσεως ἀνατρέπεται. ἐπὶ τούτοις οἱ Βένετοι χαλεπαίνοντες κατὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐξώθουν δημώδεις βοάς. ἃ δ' εἶπον ἐκεῖνα ταῦτά γε (καλὸν γὰρ καὶ τῆς ἰδιώτιδος φωνῆς μνήμην ποιήσασθαι) "ὕπαγε, μάθε τὴν κατάστασιν· ὁ Μαυρίκιος οὐκ ἀπέθανεν."

(11) ὁ δὲ τύραννος τούτων ἀκηκοὼς ἀποπαύει τὰ πλήθη καθυ- C λακτοῦντα περὶ τῶν καιρίων, τῇ δ' ἐπαύριον πρὸς τὸν φόνον τοῦ αὐτοκράτορος ἐκβακχεύεται. τοιγαροῦν ὁ Μαυρίκιος τῷ μεταμέλῳ φιλοσοφήσας τὸν κίνδυνον, τὸν δακτύλιον πέμπει Θεοδοσίῳ τῷ παιδὶ ἐπιβεβηκότι Νικαίας τῆς πόλεως, ἀναζεῦξαί τε πρὸς αὐτὸν θᾶττον προσέταξεν. οὕτω μὲν οὖν Θεοδόσιος γεγονὼς πειθήνιος τῷ πατρὶ πρὸς τὰς συμφορὰς ηὐτομόλησε, καὶ φιλυπόστροφος γεγονὼς πρὸς ἀποσφαγὴν παραγίνεται. τοίνυν ὁ·

garunt. nam cum Prasini in Ampelio, quod est regiae vestibulum, stationem habere ibique Augustam solitis plausibus excipere vellent, repugnabat Venetorum populus, cui istuc insuetum et peregrinum videbatur. tumultu igitur maximo exorto, tyrannus ad controversiam componendam Alexandrum mittit, hominem perversum et inter seditiosos adversus Mauricium nobilem. ei Cosmas Venetorum tribunus se obiicit. Alexander superbus et tyrannica praeditus audacia Cosmam contumeliis lacessit, manuque in pectus adacta eum propellit. Veneti irascentes clamorem communiter tollere in verba huiuscemodi (placet enim et privatae vocis meminisse) "apage, cognosce rerum statum melius: adhuc vivit Mauricius." (11) tyrannus his cognitis populum de praerogativa loci dissidentem et mutuo allatrantem tranquillat, ac die postero ceu furore quodam bacchico stimulatus caedem Mauricii parturit. is actorum suorum poenitens, et periculum supra caput sapienter considerans, Theodosio filio, qui iam Nicaeam pervenerat, annulum transmittit atque ad se celeriter reverti iubet. Theodosius patris imperata faciens ad calamitatem



